TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0786**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

-786-
At
-798-

786

Firona

DOCTI VIRI
FABII QUINTILIANI
HERMACORÆ
NOBILIS TULMETIENSIS
DE ANTIQUITATIBUS
CARNEÆ
LIBRI QUATTUOR.

CONSCRIPTI ANNO MDCCLXVIV.

Per Joannem Baptistam Puppi (Doctor Tulmetij

DOCTI VIRI
FABII QUINTILIANI
HERMACORAE
NOBILIS TULMETIENSIS
DE ANTIQUITATIBUS
CARNEAE
LIBRI QUATTUOR.

CONSCRIPTI ANNO MDCCLXVII.

NOBILI, ET PERILLUS=
-TRI TULMETIJ
COMMUNITATI
J. C. S. D.

Quod vetera Provinciarum
monumenta, qualitates, mo=
-res, res gestæ aliquando cæcæ
turpi demandatæ oblivionique pe-
-rierint, aut scriptorum inopia
vel sane incuria, id factita=
-tum existimo. Quippe cum
Carnica Regio, nunc Carinthiæ
Forijulijque contermina, in=
-habitantium simplicitate,
innocentiaque contenta Citte=
-varias artes fere non nova=
-vit, atq. agrorum cultu fue=
-rit detenta, scitos non pro=
-ritit homines, qui bella, qui
paces, quive fœdera, actave

quæ-

quoque stylo describerent suo.
Senatus sic involutas, ac pa-
rum, nisi sibi cognitas stetit
diu Patria, cum diffluente
paulisper aetate, excogitavi-
-mus viribus, et quos vides affe-
-cerat inclementia loci, Ma-
-gistra rerum scientias ex-
-polivit. Hinc soluti legibus
Populi, condito sibi plurimorum
regimine, sub imperium dati,
Statuta, sanctiones, et quae
ad bene vivendum opitulari
visa sunt decreta, atque ut
non modo pacis, sed belli e-
-tiam temporibus, res suas tue-
-tari apprime valerent,
Comitiis Ielmabiam, veluti
Provinciae caput deportatis
communitati summa rerum
demandata est. Quae vero
invalescentibus annis peracta

sunt

sunt, quæ sors aut propria, aut alienæ urgente dominatione fuerunt subjecuta, unus Fabius Quintilianus Harmacoras Castrio consulens nomini in una conservare expetitis ab Archivio publico memorialibus, decimo quinto jam exacto propre finem sæculo, opera prætium duxit. Hujus manuscriptæ malo fato diu latitatæ ac fere deperditæ, tandem non sine numine compartæ tenui, sed qualiæ ignarus exarator ex vetusto ejus, ac jam inintelligibili exemplari descripsit, ut addere manus, et in occursum Codicis ire necesse fuerit. Quare ac benemeriti Concivis nostri labor deperat rura, quæ scitu digna in Provincia avenere, in lassum

Fabulario

monumentis

calamo exarata

cant

erunt, Prelis Patrii demandare,
Tipis. ipsius meæ Patriæ decori auspi-
-cato propositione. Hic Regionis
status, conditio, mores, et quæ
memoriæ oblitterata videban-
-tur monumenta, res gestæ,
belli, pacisq. consilia actutum
in aperto sunt. Hæc sociali
quadam necessitudine dearunt
Forijulij notitiæ, videlicet qui
fuerit Patriarcharum antitus
dominatio, vires, quæ jurisdi-
-cantium Castellanorum factio-
-nes, fœdera, et a dominio
defectiones, quæve Germano-
-rum, aliorumque Principum de-
-cessiones, et inducia, addi-
-ta rerum primum scriptoris ope-
-ratione, pluribus suffulta auc-
-toritatibus, et argumentis,
ubi nam et qualis fuerit Oppi-
-dum Julium a Cajo Julio

Cæsare extructum, vel ejus no-
-mine decoratum. Tu interim
Nobilis, et ultroneis seculis spe-
-tata Communitas, grato animo, quas tibi dat concivis
tuus Quintilianus immeritandas
majorum memorias, et quas
plurimis expurgatas mendis,
quoad fieri potuit, honorifica
fama munera, alter filius tu-
-us ultro tibi defert, et dicat.
Vale, et semper Vale. (a)

ultroneis. vetro-

(A)

(a) Joseph Cilenius Nobilis Sul-
-metii, inventor hujus His-
-toriæ, hanc Epistolam
cum ipsa edidit circa an-
-num 1700.

Fabij Quintiliani Hermacorę de Antiquitatibus Carneæ

Liber Primus.

Universam Regionem illam, quæ intra Liquentiam flumen Savissinum agrum terminans et Adriaticum sinum, Istriam Japidiam, Alpesq. Superiores Italiam a Germania dividen-tes, continetur, Carnorum Pro-vinciam antiqui nominavere ejusq. incolæ Carni Populi di-cebantur, cujus Metropolis fuit Aquileja Civitas Nobilissima Romanorum colonia, circa quam Cajus Julius Cæsar, dum Proconsul in Gallia bellum gerebat, tres Legiones in

hyber-

hybernis collocare consueverat.
Omnis ea Provinciae pars, quae
a Flumine Fella, quod prope
Venzonum Oppidum in Tila-
-ventum labitur, atque usque ad
mare protenditur, mutato prio-
-re nomine Forumjulij dici
coepta est, illiusque populi Fo-
-rojulienses appellari, ad eo-
-rum opinor differentiam qui
Forojulienses Transpadani, Pli-
-nio teste, dicti sunt. Reliqui
vero Populi, qui a Flumine
Fella supra Alpes incolunt,
quibus, tanquam se invicem
jungentibus, recluduntur, et
antiquum nomen retinuere,
et hodierno quoque die Car-
-ni Populi passim nuncu-
-pantur. Hujus autem supe-
-rioris Provinciae descripturus
antiquitates, antequam rem
ipsam aggrediar, illius situm,

loco-

locorum qualitates, et incolen-
-tium mores explicare, operæ
pretium fore existimavi, ut qui
hæc perlegent, quid ubiq. in ea
gestum sit, faciliq. intelligere
possint.
Omnis igitur Regio in quatuor
partes divisa est, quæ comuni
illis gentibus vocabulo, et Quar-
-teriae, et Canales appellantur,
quorum primum ad orientem
Solem vergens, Zucarojum nomi-
-natur, habetq. Torrentem nomi-
-ne Clarissonum, quod medium
interfluit, quodve Butim flu-
-vium ingrediens, ambo Tilas-
-venti aquas adauget. Quod
vero ad Occidentem protendi-
-tur Subcliviq Quarterium est,
in cujus capite nobile Tilas-
-ventum flumen oritur.
medium autem locum huic
proximum Quarterium Gorti

fanuti

tenet, cui adhaerent Quartenium
Divi Petri et vetustissima Eccle-
-sia Collegiata, et Apostolorum
Principi dicata, nomen trahens.
Hac Vallis Butino rapacissi-
-mum flumen excipit, Gortum
vero decorum; quae diversis iti-
-neribus in Silvarentum dila-
-buntur. Accedit Gorto Plavis
quoque Flumen celeberrimum,
quod ex monte quodam Secia
vocato, ortum ducens, indeque
Arctum versus pertransiens
vallem Cappatam, cujus in-
-colae, ubi Germana plerumque
utantur lingua, tamen et in-
-ter Carnos connumerantur,
et Tolmatinae jurisdictioni pa-
-rent, per Cadubriensium mon-
-tium anfractus sylvestribus
ripis praeceps inter saxa de-
-volvitur, exceptusque mox a-
-gro Bellunensi, et utrumque

clemen

clementiore alveo præterlabens et navium pondera sustinens, Adriatico Mari sese immiscet. Habet etiam Quartarium divi Petri Lacum subtus Pagum Timavi, ex purissimis aquis ibidem scatentibus, confectum, qui ex-quisiti saporis Tructas incolis subministrat. E Regione vero ipsius Pagi ultra Butim ex quo-dam Monte, qui ex prærruptis undiq. saxis constat in CCC pas. 300 -suum altitudinem, unico tan-tum ore erumpunt uberimæ, ac perennes aquæ illico ad pis-trinæ, pluriumq. officinarum u-sum, large, abundeq. suffici-entes, a quibus Timavi nomen illi loco impositum fuisse cre-dendum est. Paulo infra ex altero Gimossi Montis latere oritur rivus nomine Moscar-dus mira rapacitatis, cujus alveo

alveo incredibilis magnitudinis
gyros præcipiti gurgite rotan-
-tur, modo in summo extantia
modo sese ad imum deprimen-
-tia, ita ut ex durante vor-
-ticinis impetu, aqua nullibi
appareat, quo ipso fit, illac
iter facientes, siccam aridamq.
arenam, quæ solidæ telluris
speciem præsefert, cernentesq.
in eam ingressi, et ipsi, et e-
-qui pectore, et capite tenus
demergantur, neque inde eva-
-dere possint sine aliorum
subsidio, qui assibus suppositis,
ne et ipsi in easdem incidant
voragines, eos tandem, ægre
tamen, inde educunt, et pe-
-riculo liberant. Solet præ-
-terea rivus hic, quod mi-
-rum omnibus videtur, vel
nullis ingruentibus imbribus
æstivo tamen tempore, placido,
ac

ac sereno cœlo, ominia magnitu-
-dinis saxa secum trahere, eos-
-demq. vortices efficere, quos plu-
-viosis, nimbosisq. diebus inducit
nullibi, ut diximus, prorsus aqua
apparente. Idem quoq. tradi-
-tum est a Joanne Boccatio
de torrente quodam Carrabonis
inter Pistoriensem, et Luccen-
-sem agrum fluente, nisi hoc
uno a nostro differret, quod
ille decennio tantum, sive
paulo longiore etiam interval-
-lo; subito ac fortuito motu,
magnorumq. ex imo telluris
ventre lapidum vomitione,
vel incolas ipsos fallat in-
-cautos. Hic vero singulis æs-
-tivis temporibus easdem va-
-riantes vices, quamplurima
damna agris, quos inter mon-
-tium fauces lapsus præter-
-fluit, quotannis inferre consuevit,

et

Et cum nulla latentis vis ar-
-gumentum afferatur, hæc tam-
-men digna sane, quæ in me-
-dium producantur vel inco-
-lentium metu, et opinione
affecta; vel rei veritate nixa
(nihil enim temere affirmare
ausim) non nullam rationem
quandam commotionis adducit.
Quidam enim Pastores illius Bi-
-nossi montis accolæ mihi di-
-versis temporibus constanter
affirmare non dubitarunt,
sæpe a se, dum greges, et ar-
-menta illic pascerent, passim
sereno cælo tanquam vocem
hominis immanem aliquam
molem attollentis exauditam
non sine magno suo pavore,
eodemque pæne momento in-
-gentium saxorum ex ipso mon-
-te avulsorum, fragorem;
auris etiam aliquando com-

-motio

commotionem, tonitrua, et gran-dines repente subsequi solere, nonnullasque interdum boves prope ipsum locum tunc depascentes, precipites actas; quæ omnia adscribunt veteri perjurio in ipso monte, a quodam domino, dum de ejus finibus controversia, et lis esset, perpetrato, cujus paulo post secuta morte ingentes, terrentesque voces in hunc usque diem exaudiri, et orribiles quasdam species illis in locis versantes, videri apparuit. Sunt etiam preter eos, qui supradictis Quarteriis continentur, plures Pagi circa Tulmatinum Oppidum totius Carneæ Caput, cui nomen dederunt præter ambulantes aquæ Tilaventi Fluminis toto Forojulij celeberrimi

quod

quod et ante conditum Oppi-
-dum, et postea per multos
annos Gelmentum vulgo dicebatur, atq. nomina antiqui-
-tus appellatum fuisse, tam
publicae quam privatae tabu-
-lae testantur; postea vero mu-
-tato priore nomine, a Gilla
A Veneto ex Phaetontis gene-
-re ortis Gillarontum dici cap-
-tum est. Constat siquidem
Phaetontem ex Atticae regio-
-ne profugum, cum Ligure
ejus filio, a quo Ligures dicti
fuere, multis ante Oenotriam
Arcadum saeculis, in Italiae
occidentalem partem, sese
recepisse, oramq. jam, quae
nunc Venetia dicitur, tenu-
-isse. Ex Ligure vero Cy-
-nus, qui Cenomanis nomen
imposuit, originem duxit,

et

et ab hoc Cigno Eridanum qui
Eridano fluvio nomen, hodie Pa-
-dus, indidit, et ex Eridano Ve-
-netum, qui Venetiam etiam a
se jussit appellari, genitum fuisse
præferunt; a quo Silla domum
exortus suo, et paterno nomini-
-bus junctis Sillavento nomen fe-
-cit: Cæterum hi Pagi, in Plebes
(sic enim nonnullorum vicorum
collegias patrio nomine nunc-
-pant) dividuntur, quarum pri-
-mum tenet locum Plebs Sul-
-matij in eminenti ultra Butim
edito loco. Proxime sunt Ple-
-bes Juvillini, Verulliarum,
et Cavatij, quæ singulæ plures
complectuntur pagos. Habet
autem Plebs Cavatij Lacum
ab eadem denominatum, qui
non solum perfecti saporis Tru-
-tas viginti pondo, sed etiam An-
-guillas ejusdem pene magnitudinis

nullibi

nulliusq. loci fecundas, Lucos
etiam, ac Vineas, quales nus-
quam alibi reperias, optime
alit; nil autem firmi in eo
residet, namq. ipsum parvi ni-
-tidissimeq. aquae ex proximis
montibus prodeuntes efficiunt,
et in longitudinem ultra pas-
2000 -sus M. in latitudinem vero
aliquanto minus patet. Con-
-tinet hec omnis Regio Pagos
152 CLII. Sterilis autem adeo est,
ut cum ob ipsius agri infecun-
-ditatem, tum ob fluminum ra-
-pacitatem, quae incredibili im-
-petu a montibus devolutae,
et nullis alveis contentae, in
agros undiq. irruunt, et ma-
-gnos terrae cumulos secum
trahunt, fruges ad inhabitan-
-tium commodum, victumque
necessarias praestare nequeat.
Importatis tamen a Forojulij
frugi-

frugibus, ac vinis maxime utuntur,
magnasq. apud eos lactis, peco-
-risq. usus est; pascua enim ha
habent uberrimas, montesq. non mi-
-nus ad pecudum innumeram tur-
-bam alendam aptissimos, ve-
-rum etiam proceris arboribus
tam ad navalem, quã fabrilem
et ignis usum pertinentibus re-
-fertos. Praeterea hujus Regionis
incolae institoriam industriam, va-
-riisq. generis mercaturas, quã
non modo Italo, et Germano
solo, verum etiam in totius
fere terrarum Orbis partibus
circumferunt; sibi, et suis vic-
-tum quaerunt, ex quo, non
quemadmodum nonnulli falso opi-
-nantur, eos hebetes esse, stu-
-pentesq. natura, sed potius cal-
-lido admodum, et sagaci ingenio
res ipsa demonstrat, corporis enim
animiq. assidue exercent, di-
-versamq. rationem, quam omnes

ferè

fere rustici sequuntur, inierant.
Illi enim frigoribus parta ple-
-numque fruuntur, nam hijemali
tempore foris, ac sub Dio sunt
sibique adjutoria senectutis la-
-bore, et industria parant.
Sed ne quis eos agriculturam
omnino neglexisse existimet,
nam quotannis ineunte esta-
24 -te ad fruges colligendas do-
-mum revertuntur, exactoque
reliquo anni tempore, do-
24 -mesticis rebus compositis, ac
jumenta paratas, per hija-
-mem intermissa negotia sta-
-tim repetunt, ex quo mag-
-gnam sibi pecuniæ vim com-
-parant. Sic nec agricultura,
quæ ipsis solatij, ac requiei
loco est, neque peregrinationis
aut laboris allicienta ipsa lu-
-cri eos satietas unquam capit.
Quod autem Joannes Candidus
Commentariorum Aquilejensium

Lib:

lib: 7. asserit Carnis Populis guttur
adeo contumescere, ut mamillas
pleramq. accedat, credo doctissi-
-mum, et in historia conscriben-
-da diligentissimum virum, lo-
-corum imperitia, quod ejusque
-ea dictum sit, facile in errorem
adductum; rari enim sunt in hac
Provin-
ciae Regione, qui hujusmodi morbo
laborent. Est tamen vallis qua-
-dam huic regioni finitima,
quam Juliam latino nomine non-
-nulli dicere; incolae vero Ziliam
a flumine, quod eam interse-
-cat, appellant, in qua maxi-
-me circa locum nomine Zollo-
-chêum magna hominum pars,
aquarum, quibus utuntur, ut ipsi
asserunt, vitio, incredibilem gut-
-turis tumefactionem patiun-
-tur, nec solum hac corporis de-
-formitate, sed etiam quam-
-dam mentis stoliditate, ani-
-miq. torpedine quamplures

affici

afficiuntur, ut etiam Cognatis ipsis [illegible] esse videatur. Quapropter a quibusdam Germaniae Principibus (Vallis enim haec inter Germaniae partes adnumeratur) utpote qui divitiis, et opibus affluunt hujusmodi homines joci loco in delitiis habentur et eos in conviviis tempestivis adhibent, eorumque ineptiis ad cachinnos risusque excitantur, ut etiam superiore anno quidam in gratiam nonnullorum Nobilium, non paucos hujusce generis homines, ex eo, quem supra memoravimus loco, plaustris Viennam usque advexit. Ego tamen magis pii, ac Christiani animi fuisse duxerim, ipsorum infelicitate, ac miseriis moveri, quam stultitiis delectari. Sed nos ad propositum iter revertamur. Hae metallicarum quidem

quidem divitiarum prorsus expers
non est Carnorum Provincia, ar-
-genti enim fodinae extant in
Primosio monte prope Pagum
Timavum, et etiam in Avantio
Canalis Gorti. Ex monte quoque
Divi Petri prodeunt quaedam
aquae, quas vernaculo ser-
-mone Pudias vocant, tam
hyberno quam aestivo etiam tem-
-pore ebullientes, nec minus
colore, quam sapore, odoreque
sulphureo, quibus accolae pas-
-sim ad scabiem expellen-
-dam, et ad omnia alia
in quibus sulphur adhiberi so-
-let, utuntur. Uvae quoque
circa Tolmetium, nec non et
infra; et supra exoriuntur
ex quibus vinum efficiunt, quod
licet hyeme durioris digestionis
acerbiusculum videatur, aestivo
tamen tempore in mitiorem
redactum naturam, et stomacum
non

non adeo lædit, et sitim nive
depellit. Carnes quoq. cujusvis
generis, et lacticinia in proxi-
-mis locis, primum sibi nume-
-rum vindicant. Prætereà
venationibus, et aucupio,
locus ipse consulto a natura
editus esse videtur, in quo
quidem Leporum, ac cujus-
29 -vis generis avium ubique
copia reperitur. Gignunt
autem superiores, et altio-
14 -res Alpes candido, ac niveo
colore Lepores, quos laque-
is a venatoribus captos no-
-bis non semel, et videre,
et comedere licuit.
Quartarium autem illud,
quod Longissime ab Oppido
Salmatij extenditur, triginta,
quod vero proxime viginti
millia passuum complecti-
-tur. Fuit olim in hac Re-
-gione ad radices montis

Jiri

divi Petri vetustissimum, ac
nobilissimum Oppidum Julium
Carnicum appellatum, in quo
nunc est parvus vicus, qui ad-
-huc Zuglij nomen retinet, plu-
-resq. diversis in locis areas, et
Castra ad numerum XXIV. n. 11.
e quibus sunt Castrum Tolme-
-tij, divi Laurentij, Zuppe, Var-
-zegnis, Invilini, Sudclavij, Mon-
-te, Luintij, Socchie, Sutrij, Ca-
-vonij, Siae, Illegij, et Cavatij,
paulo supra Lacum, quem
superius descripsimus, siti.
Caeterorum vero nomina ve-
-tustate, et scriptorum inopia
periere, de quibus alibi plu-
-ra dicturi sumus. His autem
singulis deletis, omnium horum
Populorum jurisdictio per Patri- [illegible]
-archas ad Communitatem Tol-
-metij delata fuit, et adhuc
Venetae Reipublicae benignita-
-te apud ipsam, eadem resideat
aucta

auctoritas, ut inferius demon-
-strabimus. Qualis autem fuerit
totius Forijulij status ante Aqui-
-lejam conditam, cum propter
adeam temporis vetustatem,
ipsius, ut non satis vera, sic
parva haberi potuerit no-
-titia, brevi compendio, res
tantummodo Carnicas descripta-
29 -rus, hic omittendum esse duxi.
Postquam igitur, incumbentibus
Barbaris, S.C. decreto a P.
15 Cornelio Scipione Nasica, C.
Flaminio, et L. Manlio Aci-
-dino, Latina Colonia Aqui-
-lejam deducta est; omnem
Provinciam tam superiorem,
quam inferiorem Romano-
-rum Praesides, et duces, Aqui-
-lejae sedem suam statuen-
-tes, regere consueverunt
usque ad annum Dni: CCCCXII. 412
quo Alaricus Gothorum Rex
e Scythia cum CC. militum 200

mil

millitibus torrentis instar. Foro-
-julij ingressus, superiorem, et in-
-feriorem Regionem cædibus, et
incendijs involvit, Romamq. quon-
-dam Orbis dominam per annum
obsessam, fameq. consumptam
cepit, et incendit anno ab Ur-
-be condita MCLXIX. 1169.
Parvo postea interjecto tem-
-pore Valentiniani Imperato-
-ris tempestate Atila Unnorum
Rex innumeram Barbarorum
Unnorum scilicet, Gepidarumq.,
et Ostrogothorum falangem
secum trahens, Istria devasta-
-ta, Aquilejam per triennium
obsedit, demumq. captam fun-
-ditus subvertit, sedente tunc
Nicete Patriarcha, decimo nono
post divum Marcum. Concor-
-diam quoq. et Altinum de-
devastavit, ac omnem Foriju-
-lij Regionem, maritimamque

Italiæ

Italiæ partem incendijs, rapi-
-nis, ac cædibus fœdavit, quo
tempore ferunt, Arcem Utini
quæ in edito loco sita, velut
speculas domos supereminet
omnes, ita ut ejus prospec-
-tus in Patriam fere univer-
-sam, se extendat, ab Attilæ
militibus, Aquilejæ obsidione
20 durante, conditam fuisse.
Ab his autem temporibus usque
ad imperium Justini minoris,
15 tam gravibus, et frequentibus
Barbarorum incursionibus, Ita-
-liæ res afflictæ sunt, ut ad
nihilum propemodum redac-
-tæ viderentur, dum brevi spa-
-tio, diversis tum origine tum
moribus, efferatisque nationibus
misere cuncti inservire
cogebantur, ita ut nullum ha-
-buerit firmum, ac durabile
dominium, vel saltem dominij
- speciem. Jo

Forojulienses, et Carni, qui eandem quam cæteri Italiæ Populi fortunam experiebantur, et eo fortasse graviorem, quod omnes pene a Barbaris in Italiam factæ irruptiones per Noricum, et eas, quæ nunc Carinthia dicitur, Regiones primi ad expellendam immanem sanguinis Italici sitim, quam ipsi barbari præseferebant expositi esse videbantur. Intra enim prædictum tempus post Attilæ obitum, Ostrogothi Duce Teodorico, Forumjulij ingressi, prope ruinas Aquilejæ, Odoacrem Italiæ Regem prœlio superarunt, omnemque demum aliis regionem circumjacentem, ac Italiam universam peragrati, innumeras ubique strages, ac devastationes edidere, quas consecutus Totilas Gothorum Rex, superante Justiniano, Forum-Julij

A.C. 489.

490.

5[illegible]

Belli ingressus, universam Provinciam ipsam, Italiamq. afflixit, ac Romam cepit, et de-

A.C. 566. -vastavit. Alboinus (a) deinde Longobardorum Rex, Imperante Justino minore, sedente Benedicto I. Pontifice, Marti-no autem vigesimo nono Patriarcha Aquileiæ, Pannonias linquere, et Longobardos in Italiam ducere constituit innumerisq. suis copijs viginti Saxones millia adjunxit, et per eas, quæ ut supra diximus, semper ad Italiæ aditum patuit, portam iter fecit. Pannonia enim decedentes, per Noricum, quæ prius Bavaria, nunc Austria dicitur, pervenere in Liburniæ Pro-

(a) N. Alboinus cum bicentum millibus Longobardis Italiam ingreditur.

Provinciam scillicet Forijulij, hoc enim nomine, et antea, et nunc designata fuit; omnemq. regio-nem illam tam superiorem, quam inferiorem sub ditione accepit; cumq. Gisulphum Nepo-tem ei Provinciæ præfecisset, reliquasq. Italiæ Urbes oppugna-re instituit, prout majorem vererea illarum partem quas cito subegit. Firmata ibi Lon-gobardorum sede, et vita pri-vatus Alboinus, (a), Nobiles Longobardi parempto successo-re Claffo triginta ex Prima-tibus Duces creavere, quibus singu-

(a) Alboinus prope Veronam veneno necatum a Rosimun-da uxore, eo quod ad bibere arctasset in cranco Cunimun-di Patris sui.

singulas Provincias regendas con-
(a) -ceperunt, et Gisulphum Forojus-
-lij provinciq; regionibus prae-
-fecerunt, quibus antea a patre
fuerat praepositus, quam re-
-gendi rationem longaevo post-
-ea tempore servaverunt, do-
-nec abominati tot ducum ty-
-rannidem, ad Monarchiam do-
20 -minium reversi sunt. His au-
-tem, Juliensium, Carnorumq;
provinciam, una cum ea Italiae
15 parte, quae adhuc ab ipsis
Lombardia nominatur, sub
Ducum titulo regentibus circi-
-ter extremum Phocae Imperij
tempus, sedente Bonifacio IV.
Pontifice maximo, et Agilul- (b)
-pho Longobardorum Rege, Ava-

(a) Gisulphus non Gisulphus, Alboi-
-ni nepotem, alij dicunt Foroju-
-lio praefectus post obitum Clefi.

BK.

Avares, Hunni, qui, ut Bavari di-cuntur a Norico in Italiam pro-fecti Forumjulij invasere, qui-bus intimas ejus Provinciæ partes tenentibus, Gisulphus dux, qui Gisulpho successerat, cum omnibus iis provintialibus ad arma ferun-dum idoneis, occurrit, collatisque signis acriter utrimque pugnatum est, quo in prælio Gisulphus mul-tis confossus vulneribus oppetiit cæsis etiam quamplurimis Longo-bardorum millibus. Avarus au-tem victor provincia passim ra-pinis, et incendio vastata, cunctisq. circum Oppidis, Cormono, Arta

(6) Agilulphus Gubernator Tau-rini, mortuo jam Autarito Lon-gobardorum Rege; desponsat sibi Teodolindam Autariti viduam, et more proclamatur Longobar-dorum Rex. — — —

Artenea, Glemonae, Osopo per
vim, aut deditionem receptis,
cum exercitu ad superiores Car-
-norum partes se contulit, quia
in Oppidum tunc munitissimum,
in ipso Alpium ingressu positum,
A.C. Gisulfi conjugem una cum Pri-
611. -matum Longobardorum uxoribus,
aliis opes omnes locorum natura
20 610. firmatam, intulisse audierat.
Obsederunt igitur Oppidum Fora-
-ni, eoq. brevi tempore novo
25 proditionis genere potiti sunt.
Cum enim Romilda Gisulpho vi-
-ro, ut supra diximus, orbata
Avarorum Regem crispo capillo
insignem, aurataq. clamyde
fulgentem circa Oppidum
inequitantem fuisset intuita,
statim ipsius amore capta,
sua, oppidumq. ei tradit, pacto
prius inito de conjugio
cum ipso contrahendo. Avarus
accep-

accepto in ditionem Oppido, una tantum nocte fæminas ad se ad-misit, quas postea duodecim militibus tradidit abutendas, dimisitq. Plebe, ac præda ex Op-pido comportata, illud combus-sit, funditusq. delevit, adeo ut vix ulla vestigia postea appa-ruerint. Licet autem nonnulli inter quos Candidus Comentar. Aquil. lib. 2. hæc eo in loco eve-nisse scribit, ubi nunc est Ci-vitas Austriæ, ibiq. Julium Op-pidum ab Avaris excisum fuis-se asserit; opinio non placet. Ego tamen pluribus rinis argu-mentis affirmare ausim, hæc potius in Julio Oppido, quod in Carnea nobilissimus extitisse non ambigitur, quo in loco ad-huc est Pagus Julium appel-latus, ab Avaris fuisse gesta. Blondus enim ducade prima

lib:

lib. 4. Julium supramemoratum in ipsis montium faucibus posi-tum fuisse scribit, idemq. Ju-stinianus Venetus Histor. lib. 2. confirmat. Quod quidem de situ, ubi Civitas Austria posita est, nullo modo dici potest, quemadmodum plano, paten-tiq. loco existens. Quocirca
20 omnibus quidem probabilius es-se debet, Longobardorum duces reliquosq. ejus gentis Prima-
15 -tes, uxores, et gazam in Op-pidum Julium inter Carnos si-tum contulisse, cum et ipsum in montium faucibus extet, et 20 millia fere passuum distans a locis hostium in-cursionibus expositis; quod quidem loco, et natura mu-nitum exiguo militum præ-sidio, contra longe majorem hostium numerum defendi

pote

poterat, quam in plano, et
patenti Oppido, ac primis ini-
-micorum in Provinciam irrum-
-pentium incursionibus patentes,
cujusmodi est memoratae Civi-
-tatis Austriae situs; omnes enim
vias, quibus in Italiam Barba-
-ris iter patuit, circa Civita-
-tem vel paulo longius esse,
nemo est, qui nesciat velu-
-ti Verucca Montis Falconi ex
Istris; et Noritia longe latissi-
-ma ex Liburnis, Tauriscis, et
Noricis; Fulminiae ex Carinthia.
Constat praeterea Julium an-
-tedictum funditus ab Hunnis
eversum una Blondi verba
plana demonstrant. Hae enim
scribit, praeda ex Oppido asspor-
-tatae, Hunnes aedificiis ignem
immiserunt, nec prius inde mo-
-vit Rex quam Oppidum munitissimum

opulen-

opulentissimumque solo aequatam
vidit. Sabellicus quoque de ve-
-tustate Aquil. lib. *. postquam
Julij eversionem, de qua su-
-perius agimus, descripsit, sub-
-dit. Quae si ita se habeant,
Paulus Diaconus, qui ejus rei
auctor est, videat quomodo,
Oppidum, quod civitatem ap-
20 -pellat Forumjulij esse possit,
cujus vestigia non modo non
15 evanuere, sed inter oppida
Patriae locus ipse frequentissi-
-mus sit. Quibus adductis ra-
-tionibus clarissimus nobilitate
et doctrina Bernardus Justi-
-nianus Venet. Histor. lib. 7.
descripta prius Oppidi deditio-
-ne illud, inquit, Avari ab ip-
-sis radicibus everterunt, ut
non solum instauratum sit
nunquam, sed ubi nam situm fuerit

nullus

nullis certioribus vestigiis, aut monumentis constat, nisi, quod dum in ea Provincia Legationis munere perfuncti, admiraremur intercisa nobilis Oppidi vestigia, et scrutaremur et incolas, et locum, repertus est in ingressu Alpium aliquanto supra Inlmatium vicus adhuc cum nobili Ecclesia, ubi pavimenta conspiciuntur musaico opere depicta, et lapides juxta Templum antiquis, et magnis incisi literis. Ejus loci nomen cum quæreremus et Julium respondissent, facile intelleximus locum esse, quem quærebamus, et Julium corrupto nomine appellari. Hæc Justinianus. Constat autem pluribus argumentis Oppidum prædictum a Julio Cæsare conditum

fuis

fuisse, ut illac ipse ut occur-
-rere contra Helvetios profi-
-ciscaretur. Audito enim Hel-
-vetiorum motu Caesar, ut idem
ipse lib. primo de bello Galli-
-co testatur, duas in Italia
Legiones conscripsit, et tres, quae
circa Aquilejam hiemabant,
20 ex hibernis eduxit, et quà
proximum iter in ulteriorem
Galliam per Alpes erat, cum il-
15 -lis Legionibus ire contendit.
Caeterum enim Alpium adi-
-tum Helvetij occupaverant,
praesidijsque muniverant, ne illac
Romanus Consul exercitum tra-
-duceret. Porro hodierno quo-
-que die nulla est frequen-
-tior, aut brevior via ex Fo-
-rojulij in Helvetios proficis-
-centibus, vel inde huc remean-
-tibus, quam ea, quae tendit
per

per Montem crucis in limina Quartarij S. Petri situm, in quo Julium quoq; Oppidum extitis-se demonstrabimus. quo in mon-te via, quæ antè difficilior fuerat, permeabilis ut fieret, à Julio Cæsare curatum est. Cujus rei monumento sunt quæ-dam litteræ, medio ferè Mon-tis ascensu, magno incisæ saxo, quæ hujusmodi sunt.

Julius Cæsar hanc viam inviam rotabilem fecit.

Ea vero ratione Oppidum su-prædictum à Cæsare conditum et munitum fuisse credendum est, cum ut si non perdomito hos-te, humanæ necessitatis viâ, cum a Gallia, quam petebat repulisset, id post se relinque-ret veluti liberi regressus pi-gnus, et præsidium, tum etiam ne eadem via Barbaris ino-

Eorum

Forumjulii ingredi conantibus
pateret, oppidis in Alpium
radices, tanquam firmum pro-
-pugnaculum opposuit. Sin-
-sunt praeterea Pagi non-
-nulli tam supra, quam in-
-fra Locum, in quo Julium
esse diximus, quorum nomi-
-na redolent antiquitatem,
20 ut Formia, Sacia, Arctas,
Nucaria, et Sutrium, quorum
incolae etiam nostra tempes-
15 -tate pavimentorum vermicu-
-lato opere fragmenta,
marmoreas columnas, fractas
tamen, cruraria, urnasq.
in quibus mortuorum cine-
-res antiqui reponebant,
reperta sunt, et plura e-
-tiam sepulcra e magnis
quibusdam saxis excisa. Pro-
-bat insuper sui antiquita-
-tem tum nobilitatem ve-
-tustissimum Templum in
elato

elato Montis cacumine positum, et Apostolorum Principi dicatum, cui Praepositus cum octo Canonicis inserviunt, quorum quidem Capitulum praeter Aquilejense caetera totius Patriae vetustate praecedit, habetque Praepositus locum, auctoritatemque suffragij in generali Patriae Parlamento. multa praeterea extant in ipso Julij vico antiquitatis vestigia ac inter caetera in vestibulo Ecclesiae Divi Leonardi tempore injuria adesum quoddam saxum in quo hujusmodi Litterae inspiciuntur.

S.S.S.A......

Pecunia refecere, et inaurata

in Fastigio V.......

et signa duo Dederunt

Anco P.L. Principe.

---Potitior Sex l. Argentillo

Mag. vici.

In eodem loco alter Lapis Venetias adductus, hujusmo-di est:

Sex. Erbonius. Ser. Sex. L. Fron.
Egontius Primi, et Genti IV. C.
X. Vetticius. Argentill. Amo. I.
Phile Titius. T. L. ... Filemo
X. Erbonius. Sex. L. Philogen.
Gavius Philemonis. L. Hilari.
Egontius L. L. Stepanus.
Mutuius Ditionis. Senctio.
Savius L. L. Gratus.
La. Rus. Vetti. T. Ser.
Agistri ędem Herculis D.S.P.
X. Erbonio Ser. Diphilo.
Evintilio. M. L. Donato:
Mag. Vici.

In angulo Ecclesiæ Plebis Tulmetij ad eodem loco exportatum, ibique repositum est. [illegible] literis.

M.

M. IVVENTIVS
M. F. CLA.
OCLATVS VET.
COH. VIII: PRAET.
T. F. I. SIBI.

Sulmonetij quoque in aedibus Jo-
-sephi Gottardis ex eodem loco
est aliud saxum.

L. Cominius. L. M. L.
Nativa
L. L. L. Philostretus
V. F. Sibi, et suis
L. L. L. Cilo
L. L. L. RÆTus
L. L. L. Princeps.
Cominia L. L. Vrbana
L. L. L. Galata.

Duo jam fragmenta marmo-
-rea in vico Julij in quodam
muro inserta inspiciuntur
his literis.

Pub.

Pub. Considius
M. adduxere
Hoc Victor
Regontius
Sementi

Multa praeterea ipsius loci vestigia aut vetustate in-sumpta periere, aut alio incolarum negligentia asportata fuere. Haec nos dissertationem profitenti sumus, eo fortasse longius, quam res ipsa postulare videbatur, ut quod verosimilius de Feltrii Oppidi situ legentibus videbitur id et probare, et tenere liceat, et ne cui videremur parum considerate fuisse, qui aliud quam Paulus Diaconus antiquus haud rerum scriptor,

et

et Joannes Candidus vir apprime
doctus de Julio senserunt, tenere
et affirmare ausi fuerimus;
non enim parum hæc argumen-
-ta doctissimorum hominum sen-
-tentiæ comprobata, nobis vale-
-re visa sunt ad dignoscendum
utrum in hac potius Carneæ re-
-gione, an ubi nunc est Civitas
-tis antiquum, et Nobile Julium
Oppidum extiterit. Ista autem
a nobis, non contentionis alicu-
-jus gratia scripta sunt, a qua
et natura, et instituto sem-
-per abhorruimus; sed et Pa-
-triæ nostræ, cui vitam ipsam
nos debere fatemur, quantum
in nobis est monumentis con-
-sulaveramus. Julio Oppido igi-
-tur, ut supra vidimus, ferri-
-na libidine; et opera capite
-funditusq. everso, magnam Itia-
-ri prædam ingentemq. mortalium
nume-

numerum secum adduxerat, inter
quos Caco, et Taso majores na-
-tu, ac Rodoaldus, et Grimo-
-aldus minores Gisulphi filii
capti sunt, duaeque eorum soro-
-res, quae non modo forma sin-
-gulari, sed etiam spectata
pudicitia insignes, summisque
postea Ducibus in matrimo-
-nium collocatae sunt, et ado-
-lescentes parvo interjecto
temporis intervallo hostiles
manus evasi, et in patriam
reversi, non modo paternum
Ducatum recuperarunt, sed
etiam latissime protulerunt.
Hi ultra Patriae hujusque supe-
-rioris regionis fines, eamque Ger-
-maniae partem, quae nunc
Zilia corrupto vocabulo, olim
Julia, dicebatur, ut libri ini-
-tio ostendimus, imperio suo
addiscere, sed dum Caco, et

Tasus

Tasco mirabili concordia Du-
-catum regunt, Gregorii Roma-
-ni Patricii fraude Opitter-
-gium accersiti, ibi dolose (li-
-cet non inulti) et crudeliter
occisi sunt, quorum necem Gri-
-moaldus eorum frater, Longo-
-bardorum Regno adepto, gra-
-viter ultus est, ita ut Opitter-
-gium, ubi caedes patrata fue-
-rat, funditus everterit. Tasco-
-ni, et fratri in Forojulii Duca-
-tu successit Grasulphus Pa-
-truus, aegre id ferentibus Ro-
-doaldo, et Grimoaldo Tasonis
fratribus adolescentibus, quo vi-
-ta functo venit ad Ducatus
dominium Argo illius filius,
quo itidem ab humanis excess-
-so, Lupus ducatum adeptus
est, cujus quidem nomini mo-
-res nimium congruebant, mira-

nam

priva namque fuit rapacita-
-tis, ut ne Ecclesiasticis quidem
ornamentis pareeret. Is de-
-mum, cum Avaris, a Grimo-
-aldo Rege contra eum accessi-
-tis, pugnans, interiit una cum
Warnefrido ejus filio, dum
armis Paternum Principatum
recuperare conatur. Post hunc
Lautharius Ducatum obtinuit
sed nihil memoria dignum
gessit, cui successit Rodoal-
-dus, qui dum a Patria abes-
-set ab Arichito quodam
expulsus fuit. Arichitus tan-
-dem Principatum fraude
-comparatum paulo post a-
-misit, a Cuneperto enim
Rege, Verona captus, et Cu-
-ca orbatur in exilium ce-
-dere coactus fuit. Quibus
ita sese habentibus Ado

Rodoaldi frater tanquam Le-
-gatus ducatum administra-
-vit, et post hunc Pertulphus,
qui Sclavos hostes aggressus te-
-meritatis suae poenas dedit,
miserabiliter enim cum magna
Forojuliensium parte cecidit.
Eique Corvulus Dux subroga-
-tus est, qui cum Regis iram
in se concitasset, oculis orba-
-tus, in exilium relegatus est.
Huic Pemo in ducatu substi-
-tuitur, qui Sclavos triplici
praelio ingenti edita strage
adeo devicit, ut longo post
tempore Forojuliensium arma
formidaverint. Cum autem Pe-
-mo Calistum Aquilejensium
Patriarcham Luitprandi Lon-
-gobardorum Regis opera ad
Patriarcatum assumptum, in
mare dejectum vellet, ab ipso
Rege

Rege ducatu spoliatusque est
cui Rachis filius suffectus fu-
-it. Circa autem haec tem-
-pora Desiderius ultimus Lon-
-gobardorum Rex dum Adria-
-no Pontif. max. bellum in-
-tulisset, a Carolo magno
Francorum Rege ingenti prae-
-lio devictus fuit, et una
cum uxore, liberisque captus;
Lugduni perpetuum egit exi-
-lium; sicque Longobardorum
Regnum, quod in Italia an-
-nos 204. floruit, penitus
interijt. Cum tamen cladem
Berengarius Forojuliensium
Dux, genere Longobardus,
paulo post ultus est, Lu-
-dovicum namque ex Carolo
magno progenitum, devicit,
ipseque postea Hungarij sceptrum, quod
Franchi multos gesserant annos, as-
-secutus est.

Carolus magnus vir, et rebus bel-
-licis, et pietate insignis Pau-
-lino Aquilejensi Patriarchae
complures Pagos, et jurisdictio-
-nes in Forojulio, et Istria li-
-beraliter largitus est, quae qui-
-dem omnia non solum a Lo-
-thario, Berengario II. et ali-
-is Imperii successoribus ad Otho-
-nem usque rata habita fu-
-ere, verum etiam ab ipso Ot-
-thone non pauca Aquilejen-
-sis Patriarcha obtinuit Privi-
-legia. Hic fuit Otho Impera-
-tor ejus nominis tertius, qui
anno salutis 996. Imperium à
Gallis, et Longobardis in Germa-
-niam transtulit Gregorii V.
Pontif. max. ejusdemq. Nepo-
-tis decreto. Conradus postea
Caesar illius nominis secundus,
Poppone Patriarchae universa

Duca

Ducatum Forojuliensium, et
Istriæ marchionatum, cum in-
-numeris prædiis tradidit, ac
Episcopiis viginti Ecclesiarum
præfecit, sicque Forojulien-
-sium Ducatus a Longobar-
-dis ad Aquilejenses Patriar-
-chas translatus fuit, anno
Domini vigesimo quarto su-
A.D. 1024. -pra millesimum.

Finis lib. I.

F. Q. Hermacoræ De Antiquitatibus Carneæ Liber Secundus.

Quia superiori libro, dum de universo Forojulij statu agere-mus, nonnullorum Patriarcharum qui Ducibus summam rerum ad-ministrantibus, sacris tantummo-do præerant, obiter mentio facta est, atque ad hunc locum tandem devenimus, quo, quem-admodum Aquilejensis Ducatus cum Istriæ Marchionatu con-junctus ad eosdem Aquile-jenses Antistites, Cæsarum libe-ralitate fuerit translatus, os-tendimus, operæ pretium fore existimavi, si, hic de ipsius Pa-triarchatus initio, de Divini Ver-bi a primis illis nostræ salu-tis auctoribus semine jacto in

hac

hac regione, quæ communi om-
-nium vocabulo Patriæ, ad
indicandam mutuam Charita-
-tem, appellata est; de ra-
-rullorum denique Patriarcha-
-rum rebus gestis, iis scilicet
quæ ad propositam materiam
pertinere videbuntur, reli-
-quis usque ad Sequanam Pa-
-triarcham sub silentio positis
paucas percurreram. quod
quidem eo brevius mihi fa-
-ciendum intelligo, quia hæc
ipsa pridem a doctissimis
viris, quorum monumenta
quotidie inter omnium manus
versantur, uberius, ac felicio-
-re stylo descripta fuisse,
non sum nescius; et si eorum
scriptis quidquam fidei de-
-trahere, aut ab ipsis quasi
prætermissum supplere co-
-narer, non injuria, non

arro-

arrogantiæ, a quibus longissime
absum, nimis mihi est objici-
-endum. Post igitur jactæ An-
-tiochenæ Ecclesiæ fundamenta
cum Petrus Apostolorum Princeps
Romæ totius Christianæ Reipubli-
-cæ sedem collocasset, primusq;
ibi summus Pontifex, ac Chris-
-ti Vicarius, divina afflante
gratia, fœliciter Ecclesiam ad-
-ministraret, Marcum Discipu-
-lum suum, qui breve Evange-
-lium ex ipsius Apostoli ore
exceptum conscripsit, Aquile-
-jam tunc inter urbes Italiæ
clarissimam, ut illic divinum
verbum disseminaret, dimisit.
Hic Forumjulij ingressus, pri-
-mus ibi Christum annuncians,
Ecclesiam constituit, tantaq;
se prebuit doctrina, et vitæ
continentia, ut omnes Christi
sectatores per ejus vestigia

gressus

gressus suos dirigere niteren-
-tur. Post aliquod vero tem-
-pus Marcus praeceptorem suum
videre Romanus. se conferre
cupiens, clamante Populo, Pas-
-toremque postulante; Herma-
-coram Aquilejensem Pasto-
-rem declaravit, quem secum
ad Apostolorum Principem
perductum, ac quasi pretio-
-sissimum talentum, ad ipsius
Pontificis pedes projectum, ab
eodem in Patriarchatu con-
-firmandum curavit. Ne
vero Aquilejenses diutius
Pastore carerent, Herma-
-coras, accepto baculo Patri-
-archatus insigni, reversus
in Patriam, Aquilejensem
Ecclesiam miro composuit
ordine, ac tandem a Nero-
-ne Imperatore una cum For-
-tunato Diacono cervicibus

abscissis

abscissis, martyrio decoratus est, ubi quidem non pauci illius successores, sævientibus Imperatorum persecutionibus per agonem martyrii ad Cælestia Regna advolarunt. Constantino vero Magno ad Christum converso, cum Imperatoris edicto in Christicolas a Præsidibus institutæ insecutiones desturbuissent, cepit Christi nomen ubique una cum Patriarchali Dignitate coalescere, quæ quidem in Aquileja mirabiliter aucta est usque ad Nicetam Patriarcham XX. qui sedit annos 37; quo tempore Aquileja ab Attila devastata, et solo æquata est, non ideo tamen ut hic Patriarcha ejusque vicarii usque ad Paulum in ipsius Urbis ruinis residere destiterint, tum illius reliquias

sub Leo. I. Papa I. circa an. 450

instaurare

instaurantes, vel etiam totius Provinciae Populos, quantum in eis erat reformantes. Verum cum Longobardi, ferunt a eodem Paulo universam Provinciam superiorem, et inferiorem, ut primo Libro demonstratum est, invasissent omniaque rapinis, et incendijs crudeliter, foedeque vastarent idem Antistes Patriarchalemque sedem totamque illius Gazam Gradum transtulit, quam postea Aquileiam appellarunt, ibique sederunt Patriarchae usque ad Joannem vigesimum octavum, qui Antistes creatus de Agisulphi Longobardorum Regis volun-tate, deinceps et ipse, et ejus successores usque ad Calistum trigesimum quartum Cormoni sedem Patriarchalem collocarunt,

Ejus

Episcopo, quem sibi Longobardi
delegarunt in Civitate Austria
judicante. Calixtus igitur in-
-gentis vir animi, ac clarissimo
sanguine satus, Patriarchalem
Sedem in loco obscuro, Episco-
-pum vero in nobiliori consti-
-tutum indignatus, Amatorem
Episcopum ex ipsa Civitate
dejecit, quo ipse mox ut sede
migravit, ibique singuli ejus suc-
-cessores commorati sunt usque
ad Poponem Patriarcham, qui
Forojulii Principatu, Istriaque
Marchionatu conjunctis Aqui-
-leiam iterum sedem transtulit
ubi gratus, ac perjucundus om-
-nibus, vita decessit. Reliquo-
-rum vero Antistitum res ges-
-tas usque ad Bertoldum hic
ommittendas esse duxi, cum ni-
-hil nobis ad institutam Histo-
-riam pertinere videantur.

cujus

cujus quidem tempestate ejus-
-modi Carneae status fuit, cu-
-jusmodi eum infra demons-
-travimus. Nam a Julij Oppi-
-di eversione, quam superior
docuit liber, usque ad ipsum
Bertoldum Patriarcham, plu-
-res et generis nobilitate, et
divitiarum copia pollentes,
hanc Carneae Provinciam in-
-colere non destiterunt; cujus-
Sisulfeti filij Paternum Princi-
-patum vindicassent, quibus-
-cumq. de se fuerant bene-
-meriti, iisdem Castrorum, quo-
-rum adhuc in Carnea extant
vestigia, aedificandorum po-
-testatem permiserunt, et ad-
-jacentium Pagorum jurisdictio-
-nem liberaliter largiti sunt:
sic Castrum Tulmetij, Flagnij,
S. Laurentij, Invillini, Subclauj
Ponte, Luincij, Siaj, Socie, Sutrij,
et

et quae alias memoravimus, cete-
-raeq. plures, quorum nomina ve-
-tustate periere, condita sunt,
quae [illegible] etiam totius Provin-
-ciae Carneae jurisdictio, prout cui-
-que, Principis liberalitas fuerat
largitas, diu permansit. In quo-
-rum numero reponendum eti-
-am censeo Castrum, ubi nunc
Ecclesia Prothomartyri Stephano
dicata, erecta est, edita in lo-
-co paulo supra Lacum Carutij;
cujusq. rei argumenta esse pos-
-sunt cum lapides, tum veteres
nummi a [illegible] circum ipsum
locum, [illegible] perscantibus grages
effossi. Ego quidem proxime
vidi duos nummos ibidem exca-
-vatos, alterum quidem aureum
in quo ex una parte Justinia-
-ni Imperatoris effigies ex litte-
-ris appositis expressa conjicitur,
ex altera vero Victoria, qualis

à veteribus fingi solebat, cum ejus nominis inscriptione cernitur. Alterum vero aeneum, in quo ab uno latere C. Portij Catonis, ab altero vero Calphurniae L. Pisonis filiae effigies expressa visuntur.

Verum enimvero, quae in hac regione usque ad Bertoldum accidere, cum nihil prorsus comperti, prae scriptorum inopia, reperiri potuerit, ea describere nobis minime licuit. Caeterum ipsius Bertoldi tempestate, qui Mora-viensis ducis filius, dum Colo-niensi Archiepiscopatui prae-esset ad Patriarchatum Se-lectus fuit, intestinum con-tra eum bellum exoritur. Plures enim Forijulij; et Car-nae Feudatariorum Castro-rum Domini ejus imperium detrec

L. Cal. [illegible] Piso con sul An. ab U. C. 696. ante na: ti Xsti 56. [illegible] Sub idem tempus fuit Portius Cato.

detrectabant, inter quos ipsi commemorantur Federicus, et Artuicus Caporiaci, Henricus Villaltus, Decbius Fontebonus, Artuicus Strassoldus, Rodulphus Savorgnanus, Conradus, et Artu-icus Castellarij, Bernardinus et Ludovicus Spilumbergij, Ja-cobus Baduis, ad Aldoricus Pulcinicus. Hi omnes quo fa-cilius Patriarchae obsistere pos-sent, adiunctis sibi Tarvisino-rum viribus anno CCXIX su-pra millesimum ante diem 17. Kal. Septembris coram Ce-celino Romano a Vicecomi-te de Vicecomitibus Forojulij Praeside in Civium numerum adscripti fuere, singulique omnia Castella in Forojulij et Carniae ditioni suae sub-jecta Tarvisinis cesserunt, do-nove dederunt, inter quos Federicus,

et

et Artuicus Caporiaci, non mo-
-do Soreantum, Crupetum, et
Caporiacum, verum etiam Cas-
-trum S. Laurentij, et Castrum
Sbrilliani, quae in Carnia ipsi
obtinuerant, concedere, non
sunt veriti. Insuper una si-
-mul Tarvisinis in subsidium
belli CL. librarum millia
denariorum veronensium pol-
-liciti sunt, quorum Albericus
Polcenicus 20. Spilimbergius
10. Villaltus 10. Castellerius
10. Butrius 5. Savorgnanus 8.
Strassoldus 8. Fontebonus 6. Ze-
-dacius, et Artuicus Caporia-
-cus 10. librarum millia, alij
reliqua praebuerant. Cum vero
Tarvisini additis iis, quas com-
-memoravimus Forojuliensium
copijs, plura non modo Fel-
-trensi, ac Bellunensi, sed
etiam Aquilejensi Ecclesiae

dam

damna intelligerent, quaeriorasque in dies inferrent, tandem anno salutis 1229. quarto Kal. Nov. Honorius tertius Pont. Max. Patriarchae, illiusque Legati precibus, ac Lucijnis permotus, Tarvisinis, eorumque socijs sacris interdixit. Prohibuit a Principalle nato Patavinis, Vicentinis, ac Veronensibus, ut, dum Tarvisini, socijque in ejusmodi pertinacia permanerent, eorum aditus, et commercium effugeretur contendit. Idem tamen Pontifex, restitutis prius in gratiam, inque sedes patrias reversis, quascumque inter ipsos, et Patriarcham Aquilejensem dissensiones sedandas curavit, Antonio Grandense, et Leonardo S. Pauli Parocho Arbitris datis, quas quidem in re praecipua Stegonis

Hosti

Hostiensis Episcopi, Pontifi-
-cisque Legati opera amicuit,
reddita Provinciae pace. Cir-
-ca haec fere tempora Porta-
-gruensi Oppidum aedificari
captum est, et Chazelinus
Chazeli Comes Germanus Mo-
-nasterium D. Galli nomini
dicatum, quod Mosacense di-
-citur, qua pro construxit,
amplissimaque fructuum acces-
-sione ditavit. Demum, Ber-
-toldo vita functo, Gregori-
-us Montelongus, magnani-
-mi vir, ob egregiam ab eo
pro Ecclesia Catholica na-
-vatam operam ab Inno-
-centio IV. in Patriarcham circa anno 1245
assumptus est. Ferrariam e-
-nim, quae diu ipsius Pontifi-
-cis nomine Bononiae praeesset,
ad Fedaricum Caesarem defecerat,

vi

vi cepit, Parmamq. ab eodem Friderico obsessam liberavit. Is dum Carneam Provinciam prout cæteras Patriarchatus lo-cos undequaque visitasset, et in Castro Tulmetij, ut ipsius re-gionis statum componeret, aliquandiu commoratus fuisset loci situ, licet montibus undiq. septo, dellectatus, Forum ibi constituere decrevit, ubi nunc est Oppidum, et in dies ma-jori hominum frequentia ad-augeratur, rara enim tunc erant ædificia. Quamobrem publico sancivit edicto, quod quicumq. vel alienæ jurisdic-tionis domos ædificare pos-set in ipso Tulmetij Oppido tum etiam prata, pascua, terrasq. incultas ad culturam redigere, ac cujuscumq. generis

ædifi-

Edificia supra rivos, et flu-
-minas per ipsum agrum la-
-bentias, construere liceret.
Postquam ut Populi externi,
Carnique Oppidum ipsum, tum
ipsa loci allecti, tum etiam
necessitate coacti frequen-
-tarent, valuit, ne quo in
totius Carneae loco quisquam
sive forensis, sive Carnicus
aliquod mercimonii genus ex-
-erceret, praeterquam in Foro
Julij, gravibus iis, qui se-
-cus fecissent, propositis pœ-
-nis. Quo factum est, ut
in dies locus ipse, non in-
-colentium modo numero, ve-
-rum etiam mercium fre-
-quentia coalescerit. Idem
quoque Patriarcha Raitper-
-tum subclavium, qui prius
subclavij Castrum, jure recti,

et

et legalis Clendi accumparat, confirmavit in omnibus Chen-dis, quæ tunc Armanicæ dicæ-bantur, olim ad Castrum Sac-ciæ pertinentibus. Anno pos-tea 28. Pontificatus Grego-rius in Civitate Hustriæ deces-sit, ibiq. sepultus juxta Pau-lini tumulum, cui in succes-sorem electum Philippum Carinthiæ ducem, cum nollet Gregorius X. Pont. Max. in Pa-triarcham confirmare, sedes quadriennio vacavit. Damum idem Pontifex Raimundus Turrianum Mediolanensem, Comensemq. Episcopum in Patriarcam delegit, qui qui-dem illustri genere satus, Cujus avia Guntiles de Me-diolanensi Principatu cum

Chen-di

vice

Vicecomitibus tunc decertabant) iis omnibus fulgebat virtutibus, quae domi, forisque vero Principi dignae desiderari solent. Ab universis enim Forojulii populis, ingenti, supra quam dici potest, laetitia exceptus, mirabili aequitate creditum sibi Principatum administravit, tantumque abfuit, ut aliena usquam appeteret, vel nova aliqua populis onera imponeret, licet diversa bella gerere, coactus esset; ut vel ea, quae sibi jure optimo communi omnium consensu debebantur, magnificentissime remiserit. Cui rei testimonio sunt inter caetera magni momenti Vosti

vectigalia Utinensibus con-
-donata, maniae, quibus Op-
-pidum Tulmatij saeptum est
inchoata, portoriumque om-
-nium rerum in ipso Oppido
vendendarum Tulmatinis li-
-beraliter remissum. Quare
non immerito in apice Portae,
et superioris, et inferioris prae-
-dicti Oppidi in hodiernum
usque diem Turris, et sceptra,
antiquissimum Familiae stema
conspiciuntur, quae Tulmatini
beneficii majores et observan-
-tiae suae erga Turrianorum
Familiam in monumentum
posuere. Privilegia quoque,
et immunitates a Gregorio
ejus Praedecessore concessas per
publicas literas ratas haberi
mandavit, eumque de statutis
super rebus in Carnea vendendis

discep-

disceptaretur ipse Raimun-
-dus antecessoris sanctionem
ita interpretatus est, ut
scilicet Cuiuis Populis in lo-
-cis res ad victum necessarias
cujuscunque generis inter se ven-
-dere liceret, dum modo ne-
-mo rem ab altero emptam
vendere auderet, cui rem
emere, emptamque vende-
-re minime sit rem ipsam
ad opus suum comparare,
vetuitque, gravi indicta
poena, ne quis mercaturæ
gratia quidquam venderet
præterquam Fidelmatij. Cum
vero antiqua feuda Cas-
-trorum S. Laurentij, et Ju-
-rillini elias per Diatal-
-mum Caponacum, et Fadri-
-cum ejus filium possessa, ad
Patriarchalem sedem devoluta

esse

essent; Artuicus de Castello, praestito prius more majorum fidelitatis juramento, eadem ab ipso impetravit anno a Christo nato 1281. Hoc ibi-dem anno Ricardus Subcla-vius sponte, et libere par-tem suam Castri Subclavij, Pagiq. inhaerentis in mani-bus ejusdem Antistitis cum resignasset, Stephano ipsius Ricardi propinquo tradita fuit. Circa haec fere tem-pora Harmanus quoque, et Franciscus Illagij Carnea plu-ra eorum insignia Jaudo Lagrando, et Enaguaffio fra-tribus Civitatensibus largiti sunt, quae postea ab ipsis sive haeredibus Civitatensi Ca-pitulo jure Legati relicta

quorum hodierno quoque
die ab eodem Capitulo fruc-
-tus in Carnea exiguntur.
Raimundo porro vita func-
-to, Petrus Gerius Cassinar-
-ius Archiepiscopus Patri-
-archatu ...... fuit annum
unum, dies decem, cui
Ottobonus Patavinus Episco-
-pus successit nonus, et sexa-
-gesimus Patriarcha. Is
grave bellum gessit cum
Carintiis ducibus, et Ricar-
-do Caminensi, cui plures
tum Forojulienses, tum Car-
-ni Castellani adhaerebant
damnum eum in illius sub-
-sidium Enricus Goritiae Co-
-mes cum auxiliariis copiis
venisset, cumque Patriarcha
totius exercitus imperatorem

declara

declarasset collata magna mil
litum manu, et faven
-tibus aliis omnibus Civita
-tibus tam supra, quam in
-fra, signisq. collatis, victo
-ria potitus est. Hac mora
Goritia Comes Patriarcha
iussu eisdem cum copiis, quibus
hostes devicerat, Butrium
obsedit, cepit, et diruit.
Porpetumq. Hannico Pram
pargio Equite capite mule
-tato expugnavit. Castra
inde mutatas ad Caporiacum
diuq. obsessum, victa tandem
Ludovici Caporiaci pertina
-cia, intercedit, ipsumq. Ludo
-vicum Goritiam duxit cap
-tivum, quam postea savas
conjux, pluribus in villa
Zuva, et Zuganico praediis Comiti
pro ejus redemptione traditis

capiti

captivitate liberavit. Ejusdem quoque Patriarchae tempore Illegiense Castrum igne, vel casu, vel consulto, ut multi opinantur, funditus combustum est, paucisque postmodum annis Ludovicus Illegius cum plura bona pro Capitulo S. Petri in Carnea concessisset, ipse una cum Federico Harmanni Illegij filio, ac Haccavardo Henrici Quinti pariter filio Civitatem Austriae migrarunt, ubi inter nobiles cives adscripti fuere.

Ottobono successit Castonus Turrianus, qui immatura morte praeventus, Patriarchali sede frui non potuit, devoluta dignitate in Pagonam ex eadem familia ortum,

anno

anno a partu virginis 1343.
Selvestini tunc primum ci-
vilibus discordiis conflictari cœ-
-ti sunt, Ancillotus enim, et
Joannes Bartoli, nec non Ze-
-darius Candidus, cum sibi præ-
cæteris civibus, opibus, et di-
vitiarum copia affluere vi-
-derentur, libertatis dono abu-
-si, Tyrannidem agere cœpe-
-runt, nactique plures, quos
egestas ad quodvis facinus
impelleret, optimum quemque,
qui eorum deperditos mores
aversabantur, gravibus affi-
ciebant injuriis, et eo usque
ipsorum excreverat impu-
-dentia, ut vix ab honestio-
-ris vitæ mulieribus indignas
continerent manus. Quam-
-obrem excitato repente

univer-

universi populi tumultu, et
in eos Zelantinis irruentibus
certatim, pluribus confodi-
-untur vulneribus, ut Cada-
-vera diem, noctemque inse-
-pulta jacuerint, propin-
-quis ipsorum iram populi
metuentibus, nec humare
audentibus. Sic parem me-
-ritis finem habuerunt ii,
qui Divinis, humanisque
legibus posthabitis Patriae
quietem turbare ausi fue-
-runt. Anno tricesimo qua-
-dragesimo supra millesi-
-mum Ermanus, et caeteri
Castri Montis consortes, Ber-
-trando Patriarcha in mor-
-tui Pagani locum suffecto,
partem Feudorum, seu Ar-
-maniae, Cercivento, et Colutiae

Pago

Pagorum vendiderunt, itemq.
eo, qui proxime secutus est
anno a Francisco, et Odori-
-co Gualterijs Candidi filijs
Cecarardoq. eorum Nepote
Civibus Vulmatinis reliquam
Feudorum eorundem portio-
-nem, idem Bertrandus mer-
-catus est. Hermannus quoq.
et Henricus Quintij partem
Castri Zacchi, quam et Fran-
-ciscus Zacchus obtinuerat,
Remo Zaccho Andriutij filio
vendidere. Verum hisce tem-
-poribus Comites Pratæ, et
Brugnariæ, Bacchinus Cur-
-liliarum Comes, Vellus, Ber-
-toldus, et Henricus Spilim-
-bergij, Consortes Collorati,
Caporiani, Frisani, et Murutij
Ermanus aquas, et Henricus

Zuccu

Quintij Carnea, Hermacoras
Surrianus, Joannes Francis-
-cus Surrianus, Joannes Fran-
-ciscus Porpetanus, Civitaten-
-ses, Portunaonenses, pluresq.
alij; adiunctis sibi Comitis
Goritiæ copijs auxiliarijs, à
Patriarcha desciverunt, cum
nimium adversæ partis homi-
-nibus Bertrandus indulgere
videretur; graveq. jam in-
-ter ipsos bellum exortum fu-
-erat, multaq. damna utrin-
-que illata, donec Aposto-
-lici Legati opera, induciæ
ad tempus inter Patriar-
-cham, et Goritiæ Comitem,
cæterosq. ejusdem factionis
pactæ sunt. Hinc Patri-
-archa pluria magnifica
opera Utini, et alibi in

Patri

Patria Forijulij ædificanda cu-
-ravit, ac inter cætera Clu-
-sianam, qua in Carnuntum Carin-
iter est, Moscardamq. Ar- -thia
-cam decem millibus passuu
supra Gelmotiam, per quod
in Vallem Juliam tenditur,
a fundamentis erexit. Re-
-liqua ab eo gesta, ejusdem
Epistola a Candido lib. 7. re-
-gesta, demonstrat. Is demum
dum Utinum revertitur, pau-
-lo infra Spilimbergum, nil
hujusmodi timens, a nonnul-
-lis per insidias circumven-
-tus, occiditur. cujus corpus
Utinum allatum, honorifi-
-ca in marmorea quadam
arca, quam ipse dum vive-
-rat SS. Hermacoræ, et Fortu-
-nati ossibus servandis, desti-
-naverat, Utinenses condidere,

aiq;

signa ad quoddam tempus
Divinos praestita sunt hono-
-res. Neque vero Caesar de
Flores Parentinus Episcopus
Apostolici visitationis mu-
-nere fungens in Patriae,
Bertrandi Corpus in tem-
-plo maximo, ubi servaba-
-tur, sepulturae tradi jussit,
ejusque venerationem peni-
-tus abrogavit. Haec tamen
Patriarchae hujus caedes inul-
-ta remansit. Nicolaus e-
-nim Boemorum Regis fi-
-lius, Caroli IV. Caesaris fra-
-ter, ut ad Patriarchatum
delectus est, nihil sibi anti-
-quius, digniusque arbitratus,
quam ut praecessoris caedem
ulcisceretur, magno coacto
exercitu Castrum Porpetum
expugnavit, et evertit. Capo

Capitaneum pportam solo aequa-
-vit; Joannem Franciscum
Porquitaneum, Henricum Spi-
limbergum, ac Rizardum
Varmonsem capitis suppli-
-cio afficit; cumque omnem ne-
-fandae conjurationis reliquias
perspiqui decrevisset, in Car-
-nicam exercitum duxit, ibi-
-que Hermanum Quintium e-
-quitem illustrem, et magni
animi, magnaeque apud Carnos
auctoritatis virum, qui Quin-
-tium Castrum, ubi nunc Pa-
-rochialis Sorti Ecclesia ex-
-tat, antiquo jure obtinebat
sequa eo, et loci natura, et
iis, quas secum habebat, copi-
-is fretus, vacaparat, animo
parato ad se tuendum, qua-
-tenus Patriarcha sibi vim:

infer

infarre vellet, oppugnare
instituit. Interim jubet
omnes, qui arma ferre
valerent, quamprimum
convenire, inprimisque
Castellanos omnes, inter
quos Ruitgerum subdele-
-vium, qui cum longissimam
interposuisset moram, tan-
-dem ubi nullus tergiversa-
-tionis locus esse videt, atque
ejus obtemperavit imperio.
Huic et sibi ob multa comissa
flagitia, ac praecipue ob stu-
-prum duarum Nobilium
virginum, quas invitis pa-
-rentibus secum in Castrum
suum abduxerat, non medi-
-cum timens, et Hermanno ar-
-tissimo necessitudinis vincu-
-lo devinctus, clandestinis

cus

cum ceteris Castellanis indictis
consiliis ~~[illegible]~~ communi libertate
~~[illegible]~~ oppressus, non modo Pa-
-triarchae auxilium denegan-
-dum, sed Harmano obsesso sub-
-sidium ferendum esse censerat.
Effecit itaque ut et ipse, et
Castellani pene omnes ad Har-
-manum litteras clam mittere,
quibus ipsum hortati sunt, ne
deficeret animo, sed pristi-
-nam virtutem retineret,
propediem enim omnium
copias illi in subsidium ven-
-turas. Traditis autem litte-
-ris ad Harmanum nocturno
tempore perferendis, a Pa-
-triarchalis exercitus excubiis
interceptae, et ad Antistitem
delatae sunt. Quibus perlec-
-tis Patriarcha cognita Cas-
-tellanorum perfidia, ac

uerum

nemini communicato consilio, iussoq. aut proditoras [litteras] intercepit, [illegible] in vinculis conjecit, [illegible] tum rei sibi expectandum esse statuit. Postero die cum nihil de litterarum interceptione Ruitpertus inaudisset, veritus, ne a multitudine proderetur, dissimulato consilio in castra Patriarchae cum copiis suis profectus est, ubi se de diuturna mora purgare coactus, nullum gravius responsum accepit. Hilaris ergo subdolus, quod bene sibi ex animi sententia evenisse putabat, statutum tempus, quo ceterorum, qui auxilia polliciti fuerant, convenirent, avidissime expectabat. Interim Patriarcha die, noctuq. solliciti

sollicitans, atq. vigilans in
locis editioribus praesidia po-
-suit, hostesq. aequatione pro-
-hibuit. Erat Quintius Castrum
(ubi nunc visitur Cedasia)
in summo, sed leviter de-
-clivi colle situm, cujus ra-
-dices Decano fluvio allue-
-bantur; superius erat pla-
-nities, quae duorum fere mil-
-lium passuum in longitudi-
-nem, et latitudinem quin-
gentorum spatio patebat,
reliqua rupibus, et mon-
-tibus arctabantur. Hac in
modica planitie Patriar-
-cha castra posuerat, nove
repentinis imbribus flu-
-men pertransiri prohiba-
-retur, et exinde pabulari,
commeatumve com̃ode as-
-portari sublicium pontem
in

in eo conficiendo laboravit,
qui pons hodierno quoque
die incolis ad [illegible] frequenter
convenientibus inservit. Ne-
-que vero Patriarcha obsi-
-dionem intermittebat, eoque
cautius praecavebat, quo pro-
-prior erat dies, in quo ex
Castellanorum litteris didice-
-rat, Hermanno subsidium
esse venturum, subclaviumque
habebat in Castris, cui con-
-silium suum omnino ignotum
esse cupiebat. Interim
quoque die Hermannus ipse
una cum Henrico filio, le-
-vibusque praeliis cum Patriar-
-chali exercitu decertabat,
moxque se intra Castrum re-
-cipiebat, id agens consulto
ut Patriarchae opera quam
maxime posset deturbaret,

cogi

copiusque averterat, quo mil-
lites sui comodius aquam, cu-
jus premebantur inopia, ex
praeterfluente flavio, hauri-
re possent. Cum vero ex cap-
tivis cognovisset Patriarcha,
hostes diutius aquae inopiam
ferre non posse (occupave-
rat enim proxima fontibus
loca) eosque redactos ut nisi si-
ti extingui vellent, eos flu-
vium necessario esse adeun-
dum, dispositis praesidiis, in eam
incumbebat curam, ut omnes
Collis descensus diligentius cus-
todirentur, ne qua nocte
perduelles ad aquandum e-
rumperent. Hermannus jam
fere egens extrema, pluri-
bus et jumentis, et homini-
bus siti consumptis, intelli-
gens sibi vel de deditione,

vel.

vel corruptione consilium esse
capiendum, sustinendus tamen
aliquantisper, et experiendum
esse decrevit, opinatus aliqua
ex parte tot malis remedium
abfuturum. Itaque media
civibus nocte delectos nonnul-
-los expeditos milites ex Cas-
-tro ad aquaeductum mittere sta-
-tuit, ex ea parte, qua Flu-
-men Colli subesse ostendimus
juncto eis valido veteranorum
praesidio, cui Henricus filium
praefecit. Quod cum ii, qui
in superiori Colle stativa age-
-bant, cognovissent, caeterosque
qui in castris erant commili-
-tones certiores fecissent, a
tergo hostes adorti ad unum
omnes interceperunt, et in-
-ter alios Henricum Hermanni
filium ad Patriarcham duxere

deduxerunt, quo diligenter
asservari jusso, sequenti die
obsidioni finem imponere cu-
-piens, Castrum totis viribus op-
-pugnare praecepit. Harmannus,
cum per multas horas eorum,
quos apparatum miserat, frustra
reditum expectasset, pessimum
suspicatus eventum, nec ani-
-mo fractus audacter resiste-
-bat. Sed Patriarcha, Harman-
-no nullatenus cedenti, Henricum
ejus filium in vinculis positum
ostendit, minitans, si in perti-
-nacia duraverit, de eo ultimum
esse sumpturum supplicium.
Quem cum vidit Harmannus
Patria commotus miseratione
statim abjectis armis non tam
sibi, quam filio vitam depreca-
-tus se in Patriarchae potestate
da-

dedit, qui ad eos conjuratorum,
a quibus sibi periculum im-
-minere videbat, odio exarsit,
ut quatenus quæstione adhi-
-bita, Hermannum, filiumque
ejus participes fuisse com-
-perisset, multas de eis pœnas
sumere, nulliq. vero cuiquam
condonare, sibi in animo pro-
-posuit. Ambos igitur in
Catenas conjecit, simulque
Quitzowium subclavium,
quem a Patriarcha accepi-
-tum invitum tamen in ipsi-
-us castra, sed dissimulato a-
-nimo tandem advenisse,
cujusq. eas, quæ ad Herman-
-num literæ mittebantur,
interceptas fuisse, compe-
-rit dominus, subito com-
-prehendi, et vinculis custodiri
jussit

jussit, ut conjuratione patefacta
singulos excruciaretur. Hoc ne hos-
-tem post se relinqueret, novo
cum facinorosis in posterum posterum
se in illud Castrum recipiendi
facultas daretur, funditus di-
-velli jussit, statimque ad Castrum
Subclarij conversus cum omnibus
copiis, ubi cum imparata omnia
offendisset, Quitperto nihil de
Patriarcha cogitanti, ipsius uxo-
-rem cum filio impubere cepit
Castroque sine ulla contentione
potitus est. Cognita postea
causa, cum Quitpertum et con-
-jurationis participem, et plu-
-rimum flagitiorum auctorem
comperisset, eumque una cum Her-
-manno, et Henrico Hermanni
filio capite mulctasset, Cas-
-trum evertit. Minoris tunc
Quitperti filius erat aetatis,
ideo

ideoque culpae expers a Patri-
-archa creditus, misericorditer
agens, sublatam modo juris-
-dictionem, paterna bona; ac
Feuda ei restituit; atque
inde profectus, Furillianam in
edito Colle situm, quia om-
-nes Castellanos conjuratio-
-nis conscios sciebat, omniaque
Castra in Carnea propter
nimiam incolentium licentiam
libidinemque ab omnibus odio
haberi constabat, penitus de-
-levit, publico statuto edicto,
ne quis ea ullo unquam
tempore instauraret. Cla-
-des ista non tam peculi-
-ariter Carneam percussit,
quam universum Forum-
-julium, siquidem ea Castro
quidam Zavanti inferioris
multi, Soffimbergij, iisque
domi

omnibus, quæ superius memo-
-ravimus, peperit. Cunctis igi-
-tur solo æquatis, jussis conser-
-vatis mentes pendere jussos
absentibusque perpetuo mede-
-latis exilio, Nicolaus tandem
pacato, ac tranquillo ani-
-mo Carneæ saluti consula-
-re cupiens, quas ob Castro-
-rum desolationem, quæ plu-
-ribus ejus Regionis Pagis pre-
-erant, novis institutis indi-
-gere intelligebat, Sulma-
-tium se contulit. Ibi ali-
-quos commoratus dies, sum-
-mam erga se, et Aquilen-
-sensem Ecclesiam, Civium
Sulmatinorum fidem exper-
-tum, quod et ipse publicis
testatum litteris reliquit, ut-
-ra singularis obsequij præ-
-mia sentirent, et Oppidum
ipsd

ipsum pro communi utili-
-tate augeretur, contraque
hostiles impetus muniretur,
Communitati Tulmetij om-
-nia vectigalia, et census
Aquilejensi Ecclesiae tam
in Oppido, quam in agro
debitos, in annos viginti con-
-donavit, ea tamen lege,
ut ad Oppidum munien-
-dum moeniaq. perficienda
inservirent. Hoc satis sibi
visum - Animo volvens
dispersam universae Pro-
-vinciae jurisdictionem in
unum colligere, ac quasi
non bene regenti corpori,
et in membra distincto,
caput, quod caeteras par-
-tes in officio contineret,
attribuere totius Regionis
praedictae Communitati

reg

reginam concessit. Statuit
insuper, ne in posterum ul-
-lum pignus ultra denarios
quinque alibi, quam in Sal-
-matio venderetur, neve con-
-troversiae omnes, quae octo de-
-nariorum summas excede-
-rent, ac civiles, capitales-
-que quaestiones a quopiam
in Curaea, quam ab ejus
Praefecto, quem Gastaldionem
nuncupavit, et judicibus, quo-
-rum electionem Communi-
-tati permisit, (ut in ejus
diploma satius habetur)
terminarentur. Eximia ipsa
liberalitate erecti Salma-
-tinorum animi, sibique hono-
-rificum quidem, sed grave
impositum onus ab Amplissi-
-mo Antistite sentientes, et
scilicet tot hominum milibus

praessent, sibi ipsis in primis leges dicare, moreque cuncta ad rectum vivendi ordinem per-tinentia in unum conflare, ac sancire statuerunt. Consules igitur Consules Civitatis Con-cilii iisque commissa potestas rem gerendi, ac quatenus opus foret, corrigendi statuta tum ad judicij ordinem, quam ad rectum imperandi mo-dum facientia, quae quidem in eam, quae nunc visitur, formam redacta et a Con-silio, et ab ipso etiam Sen-tissite comprobata fuere. Viginti exinde Consiliarij allecti ex civium numero, quibus Oppidi, totiusque ditionis administratio de-mandata, et si unus vita migrarat, sequenti Comi

Comitiorum die, qui est pridie
Kal. Januarij, alter per ma-
-jorem Consiliariorum par-
-tem datis suffragijs in demor-
-tui locum sufficeretur. Ve-
-rum ne parvo in numero
aliquando consanguinitatis
vinculum rectum regendi ordi-
-nem interverteret, sanci-
-tum fuit, ne duo ex eadem
familia fratres utroque vi-
-vo inter decuriones con-
-scriberentur.

His ita statutis, mœnia per-
-ficere, fossisq. Oppidum
circumvallare coeperunt, om-
-nibus Cervae populis, juban-
-te Patriarcha, operam feren-
-tibus; alteramq. turrim in
monte Oppido superposito e-
-rigere decreverunt, cunctis
quae ad opus perficiendum

necess

necessaria forent, comparatis.
Eodem fere tempore Guidonis
S. Galli Abbatis litterae Zulma-
-tinis perferruntur; quibus
Vantionensium predites popu-
-labundos ejus jurisdictionem
ingressos, arcemq. ipsam, et
Abbatiae obsessam significa-
-bat. Austriacis tum ducibus
parebant Vantionenses, ea-
quo Zulmatini Amici Abbatis
periculum non negligendum
arbitrati, ac potissimum quod
intima Patriarchae familia-
-ritate addictum non igno-
-rarent, collecto non sper-
-nendo peditum numero vel-
-la mora in Abbatis subsi-
-dium movent, quorum co-
-gnito adventu, Vantionen-
-ses, receptis nocturno tem-
-pore castris, re infecta

Vantio

Venetorum revertuntur. Nico-
-lao vero anno salutis 1358.
in Civitate Bellunensi a Pa-
-triarchatu ad meliorem vitam
translato, Ludovicus Turrianus sub-
-stituitur, cujus Principatus ini-
-tio, cum equites octingenti, qui
Rodulphum Austriae Ducem prae-
-ibant, Forumjulii rapientius
impetu invasissent prope Cas-
-sacum castramentati sunt,
quos statim Dux ipse una cum
Goritiae Comite; cum tribus equi-
-tum millibus subsecutus est,
vindicaturus per Glemonenses
et Spangeragios damna Ven-
-tionensibus, Germanisque mer-
-catoribus illata, ac quo in Pa-
-triarchatu bellum initium ha-
-buit. Verum dum a Duce,
et Goritiae Comite Utinum
obsidetur, sic petenti Ludovi-
-co pax concessa est, addita

Lagae, ut cum duobus ex Patria
viri ad Carolum Caesarem
proficiscerentur, quem contro-
-versiarum omnium arbitrum
delegarant; quo iniquati orta
suspicione, Rodulphus de Laga-
-torae nece consilium capisse
re infecta domum reversi
sunt. Interim Ludovicus,
cum annos septem Patriae prae-
-fuisset, mortem oppetiit, suf-
-fecto in ejus locum Mar-
-quardo. Hic Carolo Caesari
intima familiaritate con-
-junctus, multis, magnisque
beneficiis ab eodem auctus
est, dumque tanti Principis
amicitia fretus, de bello
ultro Venetis inferendo con-
-silium capit, anno 1381.
e vita migravit. Ecclesiae
exinde praeficitur Philippus
Alanconius Cardinalis, illiusque

va-

regendas curas sub Comendae-
-tionis nomine comissa est,
cujus rei indignitatem aegre
ferentes plures Castellanae
factionis illustres viri, et Uti-
-nenses, illum ad Patriarchatus
administrationem nequaquam
admittere statuerunt. Cum
vero Maraconius adjunctis sibi
Francisci Carrarij Principis
inhumanissimi, et Caninas
facie perditissimi hominis,
auxiliarijs copijs, quod lubenti-
bus Forojuliensibus obtinere
non posset, id vi, atque armis
assequi cuperet, comuni om-
-nium consilio, bellum geren-
-dum censuerunt. Missi igi-
-tur quamprimum sunt ad Fel
-mabines, Oratores, videlicet
a Simone Milite de Collavato
Doimo de Castello, aliisq. ejus
Socijs, Henricus Collovatanus,

ab Uti

ab Utinensibus vero Jacobus de Montegnaco eorum civis, qui Tulmetinis Decurionibus rei indignitate, imminen-tique universae Provinciae pe-riculo ob tanti exercitus po-tentiam, exposito, suaderent, ut prompto sane animo ad Patriae defensionem conspi-rarent, utve sane duos id-oneos viros Utinum ventu-ros imperarent, ubi simul quid pro communi salute agendum esset decerneretur. Tulmetini nullam interpo-nendam moram arbitrati, Leonardum a Prioribus, et Nicolaum Leopoldum Consi-res adhoc electos Utinum miserunt, data facultate, quodcumque sibi videretur esse optimum cum sociis eorum nomine sanciendi.

Illae

Ulae cum Oppidani, Castella-
-nijq. convenissent, et comu-
-ni Consilio de Forojuliensium
libertate consuleretur, in ea
devenere sententiam, ne quis
ullum periculum publicæ salu-
-tis causa respueret, et a
Veneto Senatu, quam ad Pa-
-triæ quietem conservandam
propensum persæpe experti
fuerant, opem implorarunt.
Non indigni vero mihi esse vi-
-dentur ii, quorum opera, et
Consilio ingens tunc Foroju-
-liensis Provinciæ dedecus,
et detrimentum arcitarit,
ut eorum nomina ad futu-
-rorum memoriam recenseam,
et sunt Civitas Utini, Sac-
-ili, Tulmetij, Glemonæ,
Venzoni, Marani, S. Viti,
Montisfalconi, Portugruarij,

Saga

Faganiae, et Scorutiae; ex
Feudatarijs Strassoldi, Collora-
-ti, Ragonei, Salvardi, Val-
-vasonii, Portissani, Sbroja-
-vacha, Caporiacci, Frisani,
Frattinae, Prodolonij, Marsi,
Murutij, Cassij, Pramspergij,
Fontaboni, et Porpetani.
Ab his itaque deliguntur
Federicus Savorgnanus eques,
Joannes Colloratus, Hieronymus
Castellius, Blasius Zisonius,
Michaelius Andreosus, et Ni-
-colaus Maninus, quibus iu-
-xta belli cura demanda-
-tur, collecto foederatorum
exercitu, junctisq. auxilia-
-rijs copijs, quas Antonius Ve-
-nerius Venetorum Princeps
in Patriae periculo libera-
-liter concesserat, ducibus
Petro Marcello, Francisco

Ze

Zeno, et Jacobo Gradonico, con-
-tramentati sunt. Carrario
namque, qui in Patriam cum
valido exercitu jam irruptio-
-nem fecerat, multaque oppi-
-da, et Castra vel expugna-
-verat, vel per deditionem
receperat, nec pauca inhuma-
-nia, impiaque facinora edi-
-derat, ut ne a sacris quidem
locis sacrilegas continerat ma-
-nus, furenti, omniaque diri-
-pienti occurrerunt, collatisque
signis prope Savonianum, cum
aliquandiu anceps pugna vi-
-deretur, demum caesis omni-
-bus fere hostium copiis, Foro-
-julienses memorabili victo-
-ria potiti sunt, ex qua
statim pax orta est; Alan-
-coniusque ad extremum vitae
diem clausisset, Roma in

Ecle

Ecclesia Divae Mariae Transtibe-
-rinae conditus est. Joan-
-nes Moravi Duces filius A-
-lanconio suffectus est, quem
ubi Julmatini Patriarcam
creatum esse cognoverunt,
oratores ad eum Joannem,
Bartolum, et Christophorum
Marum in Moraviam usque
gratulatum de nova digni-
-tate miserunt, qui quidem
a Patriarcha perhumaniter
ac magnifice excepti, in-
-gentes Julmatini Oppidi au-
-gendi, ac nobilitandi polli-
-citationes retulerunt, quas
ut Principem decet, simul
ac Foroiulij ingressus Patriar-
-chatum adijt, rem ad unguem
praestitit. Oppidum namq.
et Communitatem Julmatij
non vulgari dignitate decorare

voluit

volens, sed Caput, Matricem, ac Dominatricem Provinciæ Carneæ universæ edixit. Ultra veteres ipsius Communitatis insignia, Turris nempe, et Aquilas portæ insidens, concessit Crucem albam intra Cælestem Campum, rubeo circumducto limbo, quibus et pro vexillo, sigillove uti possit: Conciliatricem præterea totius Populi conventus, quotiescumque dissensio evenerit, delegit. Suffragia inter ceteras Communitates attribuit; Merum, ac Mixtum Imperium (ut publico visitur diplomate) cum omnimoda potestate gladii tradidit, statuitque ut Præfectus, et Consilium Tulmatij vel atrocibus casibus in

quos

quoscumq. nullo excepto,
summam vitae, necisq. habe-
-rent potestatem, ac ut in-
nocentes absolvere, sontesque
justis plectere poenis, libere,
ac sine provocatione possent;
Addidit insuper, ne aliquis
auderet quemcumq. Communi-
-tatis subditum in jus vocare
coram alio Magistratu, quam
Judicibus salvatis, salva ta-
-men ad Patriarchalem Se-
-dem, ejusq. Vicarium Gene-
-ralem appellatione. Eidem
quoq. Communitati largitus
est facultatem intra Oppi-
-dum recipiendi, et ab om-
-ni prorsus injuria tuen-
-di exules cujusvis criminis
reos, exceptis tamen casibus
in Urbe Aquileja commissis,

Aqui-

Hereticos, Perduellionis, incendij,
sacrilegij, Paricidij, veneficij, et
aperti latrocinij. Nundinas
quoque iam intermissas, et quæ
septimo quoq. die celebraban-
-tur ad veterem consuetudinem
revocavit, demissa vectigalium
pensione, dummodo res emptæ
ex Carnea non abduceren-
-tur, multaq. alia præclara
gesta in Communitatem exer-
-cuit, quæ brevitatis causa
omittuntur. Sunt qui Joan-
-nem ipsum necis Federici Sa-
-vorniani in sacello apud Do-
-mui proximo, patratæ ma-
-nu sceris, aut barampti consci-
-um fuisse asserant, sed quan-
-tum aberrant, et id eo in-
-scio, et absente perpetratum
fuisse, Utinensium litteræ
Dalmatinis redditæ argumento
-sunt

sunt in his verbis: Honora-
-biles, et circumspecti viri,
et Amici, et tanquam Fra-
-tres Carissimi. Quomodo ex-
-cessum pridie in Personam
strenui millitis ol. D. Zede-
-rici Savorniani perpetra-
-tum, qui proditorio modo,
et contra omnem huma-
-nitatem in Templo, idest
in Capella prope domum
suae habitationis, completa
missa, interemptus fuit,
vobis tanquam sincerissimis
Fratribus, quos pro constan-
-ti tenemus, de nostra ama-
-ritudine condolere, cordibus
angustiatis, significamus, ve-
-stram amicitiam affectuose,
et instanter precantes, qua-
-tenus hujusmodi casus enor-
-missimus sibi debeat displicere,

Ita

statumq. hujus terrae ad ho-
-norem Rmi: Dni: nostri Pa-
-triarchae, sanctaeq. Aquile-
-jensis Ecclesiae, et totius Pa-
-triae habere strictius recom-
-mendatum, prout de vestra
sinceritate plane confidimus,
rogantesq. vos instantissime
ut praedictum Dnum: Patriar-
-cham supplicare velitis, qua-
-tenus pro honore suo de ho-
-micidijs, et proditoribus, qui
praedictum Dnum: Federicum
occiderunt, dignetur justitiam
reddere debitam, et condi-
-gnam pro bono statu com-
-muni totius Patriae, ad hoc
ut in ipsa nunquam hujus-
-modi casus perpetrentur.
Datum Utini die 27. Februa-
-rij 22. Ind: Antonius Capita-
-neus, Consilium, et Commune

Communia Utini cum fraterna
// dilectione.
Ultimum praeterea supplicium,
quo fuit Elisabeth ejusdem
Federici noverca cum duobus
civibus Utinensibus illius scel-
-leris consciis, affecta, ipsum
Patriarcham penitus nullius cul-
-pae affinem fuisse ostendit.
Is tamen cum animis adversae fac-
-tionis indulgere videretur, Tris-
-tani Savorniani Federici filij
opera, dum solus in Castro Uti-
-ni deambularet, circumven-
-tus occiditur, cujus quidem
interitus non aliunde duxit
originem, quam ex dissensio-
-nibus, quae prorsus semper fu-
-ere, crebro plurimis, et po-
-pulis magno exitio, quam bel-
-la externa, quam fames, aut
-pestis, aut si quae his majora,
aut

aut graviora mala solent ac-
-cidere. Joanni successit An-
tonius Cajetanus ex illustri fa-
-milia ortus. Hic inspectis su-
-periorum Patriarcha concess-
-sis Tulmatinæ Comunitati
privilegiis, non solum in om-
-nibus comprobavit, verum eti-
-am quia municipali lege
in controversiis de finibus, et
melioribus juribus, actori optio
dabatur, utrum mallet, sive
primarium Judicem, sive ge-
-neralem Forojulii Vicarium
adire, decrevit, ac singulari
quodam privilegio sanxit, ne
cui Tulmatino, Carneove un-
-quam, ne in his, quos supra-
-diximus casibus, liceat coram a- liceat
-lio Judice agere, quam coram
Judicibus Tulmatij, eaq. in Tul-
-matinos benevolentia fuit, ut

cum

cum Neapolim, et nonnulla negotia tractandi, et balne-orum remedio ad pedum dolores utendi gratia, con-cessisset, eos de statu, et va-letudine sua humanissime certiores facere, ac illis Pa-triae tutellam commendare minime dubitaverint. Id vero ut planius ex ijs, quas Dul-cinatinis misit, litteris cognos-catur, visum fuit earun-dem exemplum hic appo-nere, quod est hujusmodi:

" Nobiles, et Fideles Dilecti
. nostri. Ut fidelibus nostris
. gressus nostri pateficant, si-
. -gnificamus vobis, quod per-
, -venimus in partem Regni
. feliciter, ubi ab omnibus
. magnificis dominis Consan-
" -guineis, et alijs amicis

nos-

" Nostris cordialiter, amiceque "
receptti fuimus, et considera-
-tis maris, et terrae turbinibus
Jesu Christi gratia, satis sos-
-pites, et fortes fuimus propter
cum Serenmo: Dno: Nostro Rege,
qui postquam nos grate, hu-
-manitereque suscepit, ita ut
verbis, calamoque explicare
nequeam, jussit nos ad Illmas:
Dnas: Nostras, Dnam: Reginam,
et Joannam Solanam acce-
-dere, ubi sunt pro expedien-
-dis negotijs D. Joannae prae-
-dictae, et sic fecimus, pu-
-tantes negotium illud cito, et
feliciter expedire, sed prius
balneis potiuri sumus, quibus
peractis, statim Deo faven-
-te cum integra sanitate in
Patriam nostram Forijulij-
-revertemur. Vos

" Vos valete feliciter, et estote
. solliciti, ac prompti ad Patriæ
. deffensionem, si quid accide-
. -rit, prout de vestra fideli-
. -tate, et constantia confi-
. -dimus. Datum in Terra nostra
" Pedemontij 2. maij 1402.

Eodem anno Florentini, qui
à Galeatio Mediolanensium
gravi Duce gravi bello premeban-
-tur, Rubertum Bavariæ Du-
-cem, nuper Ladislao Boemo
abrogato, ad Imperium ad-
-vectum, sibi subsidio in Ita-
-liam accersivere, eique, ubi
primum ad Benacum Lacum
pervenisset, magnam se pe-
-cuniæ vim numeraturos
pacti sunt, quam conditio-
-nem Rubertus non invitus
accepit. Dux igitur Asce

Afflat

esset in itinere, ac per supe-
-riores Alpes copiarum partes
ducere constituisset, audissetque
-que Dalmatinos metuentes,
ne ad eorum damna exerci-
-tus ille descenderet, montem
Crucis, ceterasque Carnorum Al-
-pes, qua in eorum Provinciam
iter patet, valido millitum
præsidio munijsse, præmisso
tabellario per litteras à Dal-
-matinis, ut iter per Carni-
-cam Provinciam exercitui
suo sine ullo maleficio trans-
-ituro, pateret, animo præ-
catur, quas ad fidem facien-
-dam hic quoque inserere
voluimus. Robertus dei gra=
-tia Rom. Rex semper Au-
-gustus, Honorandi dillecti.
Quia nonnulli de gentibus
nostris adhuc retroexistentibus,

sequi nos cupientes, iter suum per Terram, et Dominium vestrum arripere decreverunt; quocirca vos rogamus; et attente desideramus, quatenus praefatas gentes nostras per Terras, et Dominium vestrum equitare permittatis, eisdem etiam victualia, et necessaria apud vos pro pecunia ordinando; in quo nobis complacentiam singularem ostendatis, scituri et vos cum praedictis nostris gentibus ordinasse praedictas Terras, et Dominium vestrum absque aliquo notabili damno pertransituros. Datum Laichaldorf in in die B. Martini Episcopi anno Domini 1402. Regni vero nostri secundo.

Jul

Subalpini, his acceptis litteris, stultum esse arbitrati, tanti exercitus impetum, viresq. in se temere convertere, data, acceptaq. similiter fide, Regias copias per suam Provinciam extra Oppidi moenia admisere, quas quidem ubiq. comiter, ac liberaliter habitas, nemine laeso, rectum ad Robertum iter tenuere. Robertus tandem ad Benacum Lacum cum Galeatij copiis congressus, fractusq., Tridentum primo, mox in Germaniam se recepit; et Cajetanus parvo interjecto tempore cum annos septem, menses duo Ecclesiae praefuisset, non sine maximo universae Ecclesiae moerore e vita discessit.

Finis lib. II.

[illegible]

F. Q. Hermacoræ
De Antiquitatibus Carneæ
Liber Tertius.

Defuncto Cajetano, dum Eccle-
-siam æstuaret, eò quod Angelus
Corrarius Venetus, Gregorius XII.
ac Benedictus XIII. de Ponti-
-ficatu disceptabant, Antonius
Pancerinus Utinensis a Bene-
-dicto ad Patriarchatum deligi-
-tur, quem paulo post Gregori-
-us dignitate spoliavit, sed
assumptum simul Principatus
deponere nunquam, Carnia il-
-lum tueri totis viribus cona-
-batur; Utinenses enim, plu-
-raque alia Oppida, multique
Feudatarii ejus partibus adhæ-
-rebant. Hinc grave, publi-
-cum, intestinumque bellum ini-
-tium habuit. Namque Civitatenses

Gla

Glemonenses, Tulmatini, et Ven-
-tionenses eundem Antonium
in Patriarcham recognoscere no-
-luerunt, cumq. sibi bellum
cum eo gerendum esse non
ignorarent, Oppida ipsa tam
contra eundem Antonium, quam
alios quoscumq. pro Patriæ con-
-servatione; usque ad novi Pa-
-triarchæ electionem legiti-
-me fiendam, defendere sta-
-tuerunt. Ut vero Communis
Oppidorum defensio firma
haberetur, generale inter
eos fœdus, sollemni omnium
juramento vallatum inie-
-runt, cui paulo post Nico-
-laus Comes Goritiensis, Al-
-bertinus ejus filius, Valva-
-sonij, Spilimbergij, et Oppi-
-dani S. Viti devincti sunt.
Qua intellecta re, Antoni-
-us non modicum equestrium

ex

et peditum militum nume-
-rum sibi comparavit, ex quo
metuentes Bratæ Comites, et
Oppidani S. Viti, ne ad eorum
damna exerceretur ille se con-
-ferret, frumentaque tunc in
agris existentia destrueret,
(messis enim appropinquabat)
a Jelmetinis, caeterisque superio-
-ribus Oppidis, jure foederis col-
-ligatis, subsidiarios milites re-
-ceperunt, et ne dum hostium
impetum propulsare, sed vel-
-tro etiam eisdem damna in-
-ferre non dubitarent. Nec
multo interjecto tempore u-
-triusque bene gerendae rei occasio
oblata est. Cum enim Anto-
-nii equites, peditesque Bratan-
-sem Comitatum praedabundi
invasissent, pagos Corvae, et
Hzanii incautos, igne immissi

ias

destruxerunt; quod cum sti-
-colussius, et Albertinus ere fu-
-mo, clamoreq. cognovissent,
qui ultra proprios milites,
fœderatorum quoque, ut dixi-
-mus, penes se habebant, hos-
-tes inscienti; ac præda onus-
-tos prope custodiam Corvo-
-rum inventos, viriliter aggressi
sunt, et post pugnam utrin-
-que atrociter editam, in
qua Albertinus inter confer-
-tissimos hostes super ponte
Metauri fortiter pugnans
aliquantulum in ore, nasoq.
vulneratus in aquam dejec-
-tus est, aqui tamen bene-
-ficio flumen tunc ob im-
-bres pertumescentem evicit.
Demum Antonij milites in
fugam vertuntur, et undiq.
a victoribus in ripis obtruncantur,

alios

alios in aquam compulsos, quæ-
-gitos ferunt etiam peritos nan-
-di, alios lassitudo, vulnera, ac
pavor degravavit, ita ut om-
-nes hostium perierint præter
duodecim, qui in ipso pugnæ
initio fuga saluti suæ consulu-
-erunt, et sexaginta, qui cap-
-tivi remansere. Capti quoque
sunt equites decem; reliqui ve-
-ro ad vicinas silvas confugien-
-do, insequentes hostes evase-
-runt, cujus rei feliciter actæ
testes sunt Nicolussi, et Alber-
-tini litteræ Tilmatinum con-
-scriptæ. Eodem fere tempore
Oppidani S. Viti Nicolussium
quemdam Antonii præfectum
eorum agros incursionibus in-
-festantem, duobus suis mili-
-tibus interfectis, Portugrua-
-rium reverti coegerunt.

foras

borasq. et ejus generis anima-
-lia B., Oppidum ipsum popu-
-lationis gratia egressos, ab-
-duxerunt, quæ quidem præda
ultra quadringentos aureos
vendita, militibus distributa
est. Interim Gregorius XII.
Antonium Concordiensem ad
Patriarcatum assumpsit, cujus
literas Tolmetinis conscriptas,
in quibus hujusmodi eis signi-
-ficat electionem, et Patriar-
-chalis- commendat, registran-
-das fore duxi. Antonius
. Dei gratia Patriarcha Aqui-
. -lejensis. Nobiles, et pruden-
. -tes viri, et Amici nostri dil-
. -lecti. Ad gaudium, et consol-
. -tationem, vestris, præsentium
. seria, significamus dilectio-
. -nibus, quomodo nuper sanc-
. -tissimus in Christo Pater,

et

et dominus noster D. Gregorius
divina providentiae Papa XII.
in Patriarcham nos Aegib Aqui-
-lejensem, et licet indignos, pia
benignitate promovit, et crea-
-vit; unde dilectiones vestras
quae merito de hujusmodi pro-
-motione nostrae laetari possunt
requirimus, et hortamur, qua-
-tenus in omnibus, quae hono-
-rem nostrum, et Ecclesiae nos-
-trae Aquilejensis, ac statum
pacificum, et tranquillum
illius Patriae nostrae Forojulij
concernunt, vos promptos red-
-datis, favorabiles, et beni-
-gnos, prout de praedicta ves-
-tra dilectione plene confi-
-dimus. Significamus insuper
vobis, quod pro bono pacis
illius Patriae huic accessio

Dominio Veneto placuit, quod
hic sedeamus, quia ipsum Do-
-minium ad tractandum de ip-
-sius Patriae pace, et concordia
misit Nobilem suum Oratorem
ad Patriam ipsam, quod, et
statum, et honorem nostrum
vobis praecipue commendamus.
Datum Venetiis sub nostro an-
-nulari sigillo, quo alias ut
Episcopus Concordiensis ute-
-bamur, die 26. Martij 1409.
Istis tamen non obstantibus
receptum in Patri[illegible]llum
non destitit, ob scisma enim
inter Pontifices exortum, Con-
-cordiensis Episcopi electio, pro-
-ut et Guarnerij illegiti-
-ma quamplurimis videbatur,
quam ob rem nec idem sibi
Patriarchatus possessionem
con

consequi difficillimum fore ani-
-madverterat, Romam se contulit
ibiq; sine Patriarcatu defunctus
est. Novi ibaq. Antistitis Legiti-
-timam electionem procurandã
curaverunt fratres populi
quapropter singulos, quilibet
ipsorum Oratores ad Romanum
Pontificem transmiserunt roga-
-tum, ut quatus ipsis Antistes
crearetur, plures enim illustres
viri eam dignitatem obtinere
nitebantur, inter quos Mala-
-testa, et Candelphus Mala-
-testa filius, Jolmatinis hujus-
-cemodi literas per Oratores
suos reddiderunt. Nobiles, et
Egregij. Amici nostri Carissimi.
Post debitas, condignas, et af-
-fectuosas salutationes, commisi-
-mus aliqua Nobilitatibus

vestris nomine nostro refe-
-rendo, nobilibus, et Egregiis
Legum doctoribus nobis dilec-
-tis, et oratoribus vestris Divo
de Rainaroldis de Pisauro
et Almerico del Pin de Sa-
-cilo harum ostentoribus.
Quorum proinde relationi-
-bus, tanquam nobismetipsis,
rogamus Nobilitates vestras,
ut eis placeat, et velitis
fidem credulam adhibere.
ordinata Pisauri die decima
Maij, et data Brixie sub.
ejusdem mensis ind. 3a.
Summa Legationis hec fuit,
ut Zulmatini Pandolphum
prædictum in Patriarcham
acceptarent, et in hanc sen-
-tentiam literas oratori
suo apud Pontificem degenti

cum

conscriberent, videbatur enim Pontifex novum Antistitem de Forojuliensium voluntate crea-turus. His responsum dedere Utinatini, se de Antistitis creatione una cum Foederatis communi consensu antea decrevisse, et Oratoribus eam ob causam ad Pontificem missis speciale mandatum unitis tradidisse, nec sibi licere ali-ter quam decernere, quam quod semel actum fuerat; quod si in perspectivam res integra ageretur, libenti pro-fecto animo, Illustrem illum virum, quantum in eis esset, in Antistitem commendaturos. Interim Glemonenses, et Tul-matini collecto non modi-co militum numero Fon-tanambonam vi capiunt,

et diruipiunt, eiunde Bujas
Castrum, loci natura mu-
-nitissimum obsederunt, et
habitatores Castri Melfi ob
harum gentium propinqui-
-tatem, timentes ne ad sui
destructionem se conferrent,
hujusmodi litteras Julmeti-
-ris a Mathæo, Francisco,
Conrado, et Thoma Brodolo-
-nijs conscriptas attulerunt.
-"Nob. et Eg. viri Amici nostri
. Carissimi. Quia nos intel-
. -leximus, quod vicini nos-
. -tri, et habitatores Melfi,
. et illi, qui se reddidera-
. -runt, et redeunt ad Cas-
. -trum prædictum videntur
. magnum habere timorem,
. ne damnum aliquod acci-
. -piant a gentibus vestris,
. Amicitiam vestram rogamus

insfantur, ut eus semper optave-
-rimus, et optati simus omne
vestrum bonum, et omnem indem-
-nitatem vestram, vobis placeat
ut ipsis gentibus vestris taliter
providere, quod non offendant
in bonis, rebus, seu in perso-
-nis habitatores vel se quomo-
-dolibet reducentibus ad dictum
castrum, et villam Melfij; et si
damnum de intentione vestra
procederent aliquos colonos
dominorum de Collorato, offen-
-dere, quod non credimus,
rogamus ut Coloni illi et
consortes nostri Antonij de Mel
-fo, nullum de vestris militi-
-bus recipiant damnum.
Providebimus enim et nostrae
-se vice, ne vos, et gentes ves-
-trae per habitatores illius loci
in aliquo offendantur. Deus
autem bene novit, quod libenter

vide

videremus bonum, et tranquil-
-lum statum Patriae nostrae.
Placeat ergo Amicitiae vestrae,
rogamusque instanter, et super
his vestram responsionem per
literas habeamus. Dat. Pre-
-doloni die 3. 7bris. ind. 3. 1420.
Quibus quidem ita, consilio
decernente, rescriptum fuit,
quod Zulmatini suorum mil-
-litum Prefectis expresse co-
-miserant, ut amicorum pro-
-res, inter quos ipsos Pre-
-dolones connumerabant, bo-
-na omnia illaesa, intactaque
forent, nec aliquid eis quo-
-quo modo damni inferrent
ita ... illud eis mandatum
... modo intra Ca-
-stra nostri inimicos Colli-
-gatores, eorumque res, et com-
-plices non suscipiant, nullasque
eis auxilium praestent, vel
- subsidium. Pau

Paulo post Brajæ Castrum capi-
-tur, et diruitur, quod una
cum Zentanatona Utinenses
post quatuor dierum recepere.
Veneti autem Patriæ Forojulij
desolationem miserti Jacobus
Molinus, et Bartolomeus Ma-
-rus Patricios viros Oratores in
Forojulij misere, quorum opera
in Oppido S. Danielis inter col-
-ligatos utriusq. partis, circa
finem mensis 7bris. 1420. initæ
fuerunt treguæ ad novum fu-
-turum mensem Martij 1421.
pro quarum observatione iidem
Veneti Oratores Zelmatinis,
Venzionensibus, et Glemonen-
-sibus hujusmodi literas dede-
-re. Magnifici, et Egr. Fratres
Hon.di Licet jam ante ex prae-
-dictis, et sermonibus vobiscum
et cum tota parte vestra ha-
-bitis diffusa, satis affectionem,

qua

quam Sanctissimus D. noster Pater Papa, et Illmus: Duc. Dom. Venet. ad bonum, et quietem hujus Patriæ habent, et eorum intentionem vestris benevolentijs expressimus, tamen ut iterum nos cer-tiores reddamus, data per nos notitia jam dicto summo Pon-tifici, et Duc. Dom. de in-ducianem conclusione, modo inter cæteras responsionem accepimus, et mandatum, quod ante nostrum discessum vobis, et alijs comunitati-bus, et Nobilibus Patriæ utri-usq. partis dicere, et signifi-re habeamus, quod conclu-sionem induciarum, et ves-tram optimam dispositionem gratissimam habuerunt, et illam laudant, et comen-dant, vos instanter hortantes,

quod

quod ad conservationem indu-
-ciarum totis viribus intentissi-
-tis, et insuper quod quam citius
fieri possit partes procurent
iterum suos Oratores ad ipsum
Summum Pontificem mittere pro
huius negotii confirmatione.
Ulterius, quia licet observan-
-tia induciarum sit utilis vobis,
et universae Patriae dicto Summo
Pontifici cordialiter displicuit,
et non minus Duc. Dom. prae-
-libato, et quia turbatio, et
fractio induciarum cadit ad
non modicum damnum Civi-
-tatis Venetiarum, perseve-
-rantes in eo, quod supra dic-
-tum fuerat, denuo declamant
quod si induciae observabuntur
dum Sum. Pont. et Duc. Dom.
Summopere placebit, et habe-
-bunt exinde occasionem causam
habendi honorem, et comoda

vestra

vestrae cordibus suis infixa. Eapropter conclusionem pro universali Patriae bono, vobis instanter suademus, atque roga-mus, ut velitis efficere, quod induciae praedictae observentur et quod viae apertae sint, et securae, nec non ut vestros Oratores cito pro celeriori re-rum conclusione ad curiam transmittatis, ad quae omnia vos etiam, quantum possumus, nomine nostro inducimus, et rogamus. Similes litteras etiam Communitati Civitatensi, et No-bilissimis ultra Tilmatium scrip-simus; Huic Communitati Utini haec efficaciter diximus, et aliis suis colligatis similiter nota facimus, ut ambae par-tes sint de his intentionibus admonitae. Valete. Utini die 6. 9bris. 1420.

Exacto induciarum tempore, cum
utriusq. partis Oratores ad sum.
Pontificem missi, nondum rem sibi
commissam ad exitum perduxissent,
eadem vigerent civilium discordia-
-rum causae, illico bellum subse-
-cutum est, tuncq. Civitas Austriae
Glemona, Tulmetinum, et Ventio-
-num omnibus eorum copijs Caro-
-lum Pium, publico statuto sti-
-pendio praefecere, Utinenses,
duce Brunorius Rubertanus E-
-ques, et Praefectus militum Her-
-nesti, et Federici Austriae Du-
-cum armata manu Forum-
-julij introiisset, se eidem, suaq.
omnia dedere, parvoq. inter-
-jecto tempore Federicus Orten-
-burgius Comes a Sigismundo
Imperatore in Patriarcatu Aquie-
-lejensi Vicarius constitutus, eo-
-dem se contulit, ipsumq. Civi-
-tatenses, Tulmetini, Ventio-
-nenses, et Glemonenses tanquam

Patriarchalem Vicarium non
ante recuperare, quas solemni
jurejurando pollicitus sit, illi-
-co sacultas legitima Antistibus
creatione, omnia ad Patriar-
-chates pertinentia ipso Anti-
-stibi libere, et absque contentio-
-ne renunciare. Interim
Utinenses proprijs viribus, et
Austriae Ducum praesidio freti,
Civitatensium fines assidue in-
-festabant; quapropter Ful-
-mutini quingentos ad eos, re-
-tusso foedere, milites jussa-
-verunt proficisci, itidemque pro
virili ceterae Oppida fecu-
-runt, cumque secunda Junij
ejusdem anni gentes Civita-
-tensium, et colligatorum suo-
-rum sub Gregorio Ortemberg-
-gij Comite, et Carolo Cio Fe-
-deratarum Communitatum mil-
-litum praefectis, Mortcano
Pago vi capto, et diruto,

Civi

Civitatem Austriæ versus proficis-
-cerentur, magnum Utinensium
equitum, et peditum numerum
obviam habuerunt, quibus præe-
-rat Franciscus Manzatonus. Con-
-festim hinc inde conclamatum,
et pugnæ initium factum est,
diu inter ipsos anceps certamen
stetisse dicitur, ut neque clamor
primo sublatus iteratus sit, neque
signa permota loco, retro re-
-cepta, neq. recursum ab ulla
parte sit, sed in suo gradu ob-
-nixi milites, sine respiratione
pugnabant. Fremitus æqualis,
terrorque idem pugnæ, quam
in defatigationem ultimam, aut
noctem spectabant. Jam vis
viris, jam ferro acies decesse
videbatur, cum Franciscus Man-
-zatonus Utinensium Præfectus
dum strenui ducis, millitisque
officio fungitur, ingenti vulnere

affi

afficiuntur, et equo labitur, quo repentino casu conterriti milites, eum obijsse existimantes, clamoreq. a Feudatarijs renovato, moventur gradu, dein-de repelluntur, postremo ve-ro in fugam conjiciuntur. Magna eorum pars caesa; capti Utinenses equites decem et octo cum Manzatono; pedites vero ultra quinqua-ginta; preda etiam non me-dica praeter suas recuperatas res, et victoria potiti sunt. Vigesima postea ejus-dem mensis Venetus Veneti Principis Orator ejusdem litte-ras Fulminatinis subscriptis at-tulit tenoris:

Mihaël Steno Dei gratia Dux Venetiarum &c. Egi et pruden-tes viri amici dilecti. Mitti-mus ad praesentiam vestram

in

in nostrum honorabilem Oratorem
Marcum Venerium dilectum Civem
nostrum, cui nonnulla commisimus
vocis officio vestrae benevolentiae
referenda, ipsam deprecantes,
quatenus relationibus ejus, tan-
-quam mente nostrae venienti-
-bus, libeat credulitatis fidem
plenissimam adhibere. Datum
in nostro Ducali Palatio die 9.
Junij Ind.^a X. 1422. Is a Julme-
-tinis liberaliter acceptus, cum
Reipublicae Venetae in univer-
-sam Patriam optime disposi-
-tam mentem exposuisset, plu-
-ribus rationibus eis suadere co-
-natus est, ut arma inter ipsos-
-met Forojulienses assumpta de-
-ponerentur, et induciis iterum
factis, pacis, et unionis via
aliqua conduci omnium con-
-sensu perquireretur, Patriae
desolationem, et tot ab omnibus

passa

passa incomoda, commemoran-
-do. Salmantini eas, quas potue-
-runt majores Inclito Principi,
sapientissimoq. Senatui Veneto
gratias se habere dixerunt, qui
totius hujus miserandæ Patriæ
cladium expertus, intimum in
ejus viscera incendium, extin-
-guere conatus sit, seque il-
-lius Principis causa ad om-
-nia paratos, et dispositos
obtulerunt, quæ ejus Patriæ
quieti proficua fore vide-
-rentur, aliis Fœderatorum
quorum eadem sit mens, et
dispositio, a quibus nulla pre-
-cedente causa discedere, sibi
incongruum, et damnosum
fore non ignorabant. Ve-
-nerius optimam illius Con-
-silii mentem laudavit, et ad
cæteros eorum fœderatos eas-
-dem expositurus pergere

dix

dixit, et hortatus, ut in pro-
-posito perseverarent, ad reli-
-quas se contulit Civitates.
Verum, cum res ob diversas ab
utraque parte propositas diffi-
-cultates in dies protraherentur
denuo Venerius tribus superio-
-ribus Communitatibus Sadmatij,
Ventioni, et Glamonae hujusmo-
-di litteras conscripsit: Magci.
et Ecci. Dni. sicut scire debe-
-tis, fluxerunt jam octo dies; qui-
-bus veni ad hanc Terram Civi-
-tatis Kastriae cum certo man-
-dato Illmi. Dni. mei Dominii
Veneti, universalem statum, et
custodiam totius Patriae concer-
-nente, expositaque intentione
praefati Dni. Dom.. huic Com-
-munitati, responderunt, quod
sine vestro consensu, et deli-
-beratione ad ea, quae sibi ex-
-posueram decernere, vel
con

conclusione respondere non po-
-terant, et propterea illico
dictam meam expositionem
vobis significare deberent,
affirmantes mihi, quod sine
dubio per totam diem Sabba-
-thi provinciae praefati habu-
-issent intentionem, et res-
-ponsionem vestram, et sub is-
-ta spe, et verbis usque nunc
me tenuerunt, excusantes se,
et inculpantes eos, et Ves-
-tras Comunitates, quia non
suo, sed vestro defectu pro-
-cedit ipsa dilatio, ulteriusque
dicentes, quod pro eis non
deficiat, quia sequatur tran-
-quillitas Patriae, et quod si
intervenerit consensus, et
deliberatio vestra in bonas
res bene succedent, et quod
vota praefati Mai due. Dom.
quae tamen ad nihil aliud,

quia

quas ad conservationem Liber-
-tatis Patriæ, et Ecclesiæ singu-
-lariculis aspirant, et optatum
sortirentur effectum, ad quam
intentionem etiam pridie incli-
-nassent, si vestræ Communita-
-tas similiter voluissent. Quas-
-obrem tam de nova præ-
-dictae, quas etiam de tali in-
-tentione vestrae, si sic est, quod
tamen difficillime credere pos-
-sum, etiam si viderem, admi-
-rationem affero, considerans
quam læto animo, qua vo-
-luntate, me illis ex parti-
-bus existente, ad pacem, et
inducias, sublatis illis causis,
quas scitis, inclinare, et asser-
-tire videbamini. Considerans
etiam quod pax, et tranquil-
-litas Patriæ magis vobis re-
-fert, quam ceteris, maxime
ratione mercaturæ, cui vos
po-

potissimum dediti estis, sine quae evenari non potest, attentis non minus gravibus, et interpositione Ducalis Domini praefati, cujus voluntati, maxime cum commodum, utilitatem, et honorem vestrum attingant, merito conformari debetis; scitis enim quod diletter, et favorabiliter in Civitate Venetiarum videamini, et quibus praerogativis gaudeatis, et qualem fidem antedictum Dom. meum de vobis gessit in negotiis istis, et aliis occurrentibus; multa quidem possunt rationes adduci, quibus aliter credere non possum, quam quod intentionem firmam, et solidam habeatis ad pacem, et quietem hujus Patriae,

cujus

cujus vos estis pars non exigua, licet aliqui aliter mihi demonstrare conentur. Et propterea vestras Magnificentias efficaciter hortor, et voso, ut voluntatem supradicti Domini, ut dicunt, vos certiores redideritis, et predicta omnia visibiliter ponderetis et vos taliter geratis, quod pax, sive inducie, et tranquillitas Patrie ex vobis processisse noscatur, quodque vobis oppositum objici non possit, nec super humeris vestris hoc onus imponi, sicut multi facere querunt. Placeat igitur vobis subbito aliquid mihi rescribere, et quenam sit voluntas vestra, me commonefacere. Dat. in Civitate Austrie die 28. Julij 1422.

Jo

demum ejusdem Varnerij opera induciae inter Communitates praedictas, et Utinenses, et utriusque partis foederatos ad tres futuros menses subsequuntur, ut interim sublatis hinc inde offensionibus, pax induceretur; sed jam altius, quam caeteri existimabant, belli cupiditas hominum animis insederat. Sigismundus enim Imperator, et Pannoniae Rex, cum se Patriarchalis dignitatis defensorem profiteretur, Ortenburgio Comite id per litteras postulante, magnam Equitum Copiam praeparaverat, quam sub Philippi Florentini Themesvargensis Comitis auspiciis in Patriam mittere decreverat, ad quam more ipsius

cum

cum valido exercitu ven-
-turus erat. Interim vero
Dalmatinis a Guijelmo Comite
ejusdem Imperatoris oratore
hujusmodi litterae redditae sunt.
Sigismundus Dei gratia Roma-
-norum Rex semper Augustus,
Ungariae Rex etc. Fideles dil-
lecti nostri. Non dum ad nos-
-tri notitiam, sed ad partes
orbis evigilans, et laudabilis
fama resuflat de constantia
inconcussae fidei, quam sacro
Romano Imperio, et sanctae
Aquilejensi Ecclesiae, Nobiliq.
Federico Comiti in Ortem-
-burgio in Patria, et Dominio
Forojulii vicario per nos con-
-stituto, invito animo, et mar-
-tis robora ostenditis. Nam quid
pretiosius fide, quidve in in-
-ceptis perseverantia, quae

quae ex claris viros reddit clarissimos? Nihil profecto sanctius; ex quibus, et mul-tis alijs in vos concurrenti-bus virtutum meritis, quan-tum vos judicamus commen-dabiles, quantumq. nos am-bivimus ad gratis, longum praesentibus enarrare, cumq. non qui inceperit, sed qui perseveraverit, hic commenda-bilis est, et dignus. Propte-rea fidelitatis vestrae hor-tamur, quatenus velitis ad conservandam famam vestrae in-tegritatem in constantia erga sanctam Ecclesiam Aqui-lejensem, et praedictum fede-ricum ejusdem vicarium Gene-ralem, exhibitae, et probatae fidei persistere, et ad re-bellium subiectionem nobis dic

dictaque Ecclesiæ, ut ejus Vi-
-cario Generali vestras vires
adjungere, quod a vestro jam
scimus mentis affectu, et fir-
-mo proposito, non ambigi-
-mus dependere, et sicut hac-
-usque fuistis laudabiles fide-
-litatis, et constantiæ actores,
studeatis usque ad felicem
creationem, et promotionem
Patriarchæ per Sanctissimum
in Christo Patrem, et DD. Joan-
-nem sacræ Romanæ, et uni-
-versalis Ecclesiæ Summum Pon-
-tificem Dnũ. Nrũ. Nrũ. ex nos-
-tra voluntate, et dispositio-
-ne de Persona utili, et cir-
-cumspecta, fiendam, sic de-
-inceps in fidelitate debita, et
laudabili perseverantia per-
-sistere, prout spes, et fiducia
nostra tenet, quod initio

de

acceptior finis respondeat.
vosq. perspequas capaces effi-
-ci meraamini nostra Regia
gratitudinis, et amplioris de-
-lectionis. dat. in Zenispur-
-ch xix Junij Regnorum nostro-
-rum anno Ungariae 2 a. B.
Romanorum vero primo.
Hiis rebus ita se habentibus,
Burcardo Rabastano pro Aus-
-triacis ducibus, et Utinen-
-sibus id procurante, iterum
usq. ad vigesimum diem No-
-vembris inter praedictos par-
-tes induciae factae fuerunt.
Rabastanus vero, substituto
Joanne Mangam Canonico
Brixilnense, pro Utini Lo-
-cumtenente; ad Austriae Prin-
-cipes secessit, cumq. induci-
-arum finis instaret, Utinen-
-sis Locumtenens praedictus,

par

per literas Dalmatinis, ven-tionensibus, et Glemonensibus, dedita opera accuratis treguarum prorogationem postulavit, prout ex literis patet, quas hic non abs re apponendas fore duci. Ex his enim venatoresq. etiam Oratorum literis clare patet, et colligitur, Civitatem Russiae, Glemonam, Ventionum, et Dalmatium, licet Ortemburgium comitem tanquam Patriarchalem Vicarium acceptaverint nunquam tamen sui juris esse destitisse, prout ante illius adventum ipsa Oppida fuisse demonstravi, semperque equidem Communitates ea, quae tam ad pacem, quam ad bellum pertinere arbitrabantur, tanquam liberas nomina

propr

proprio tractasse usque ad Patriarchæ creationem, non autem ad ipsius Ortembur-gij nutum, prout pluras alias Oppidas fecere. Litte-ra sunt hujusmodi: Hon. et Mag.cæ viri. memores vos es-se non dubito, qualiter in negotio induciarum per Nob. et Clm̃. militem D. Burcar-dum de Robessan inter partes hujus Patriæ ad vi-ginti dies factarum, præ-dicto D. Burcardo propositum fuerat, quod esset spes prorogationis induciarum earumdem ad tempora Lon-giora. Cum igitur termi-nus induciarum præsenti-um appropinquat, prædic-tus D. Burcardus hic me con-stituit locum suum tenentem quo

quoadusq. revertatur ab Illmis.
D. D. Ducibus Austriæ gratiossis-
-simis Dnis. meis, quibus ibat lo-
-cuturus de modo pacifican-
-di, et ponendi Patriam in
statu tranquilliori, et sibiquo-
-que hodie scripserim, paterq
ab eo melius informari, ne-
-queo tamen in tam brevi
spatio propter loci distantiã
super hujusmodi contractu
responsum habere. Quare
supplico Mgcas. V.S. instantia
qua possum, quatenus super
prorogatione induciarum præ-
-dictarum litteris vestris per
latorem præsentium me cer-
-tiorem facere dignemini,
ne forte finitis induciis præ-
-sentibus per partes hinc in-
-de quid incomodi inferratur,
cujus revera auctor esse non-
- cupio. Pa

Pacis aemulum, et tranquillitatis diligens executor esse mallem, quam belli, et discordiae seminator. Datt. Utini in Castro Patriarchali 12 Novem. anno D. 1411.

Sed. Philippi Florentini, Sigismundi Imperatoris Praefecti ad Patriae fines adventus, cum decemdecim Boemorum, et Ungarorum equitum millibus omnem pacis abstulit mentionem, ad quem Civitatensis, superioraq. Oppida, quandoquidem Foroiulij ingressus est, auxiliaria militum subsidia omnisq. generis tormenta bellica ad Oppidorum oppugnationem pertinentia transmisere. Is accepta auxilia mane Utinum obsedit, omnemq. adhibuit diligentiam,

ut

et dempta Civibus quacumque
subsidii spe, per deditionem res
ad exitum perduceretur. Haec
sententia fefellit; Utinenses e-
-nim cum per dies aliquot, Ra-
-bettani adventum, Austriacorum-
-que Principum auxiliarios copi-
-as frustra expectassent, Phi-
-lippo Comiti, eos Sigismundi
Imperatoris, et Aquilejensis Ec-
-clesiae nomine acceptanti, se,
suaq. omnia dedidere. Sed Tri-
-stanus Savorgnanus, pluresque
ejusdem factionis Cives ad pri-
-mam deditionis mentionem,
ad Venetos, quorum semper
partibus studuerant, aufugerant
quorum bonis a Philippo pu-
-blicatis, Savorgnanam in cap-
-tum deleri jussit, et ultra Ta-
-laventum eductis copiis, Por-
-tumgruarium, Bussolatum, Sa-
-cilumq. feliciter expugnarit,

caete

caetera enim oppida ejus par-
-tibus favebant. Dum vero
Austriaci duces vallem Cada-
-brij aggressi fuissent, quibus
Julnatini amicitiæ, et pro-
-pinquitatis jure 200. pe-
-dites in auxilium miserunt.
Philippus exequata Serra-
-valle, Belunensem quoque
Civitatem obtinuit, indeque
Castrum Zotissani devicit.
Veneti interea ad primum
Philippi in Patriam adven-
-tum, tam pro Locorum suo-
-rum conservatione, tum eti-
-am Tristani Savorgniani
6. precibus, collecto sex pedi-
aequi. -tum, octoq. equitum mil-
8. pedi. -lium exercitu, Carolo Ma-
-latesta Praefecto, ut Unga-
-rorum insolentiam reprimerent,
ad Patriæ fines se contulere,
et Cordignanum vi summa aggressi,
ex

appugnarunt, cumq. plurimis
ultra Zilaventum illatis dam-
-nis, Dignanum usq. pervenissent,
ibi a speculatoribus cognovere,
Philippum, audito eorum adven-
-tu, Cadubrio obsidione libera-
-to, magnis itineribus in Patriam
reverti. Quare ne in media
hostium regione, cum Philippi
exercitu decertare cogerentur,
iterum trans Zilaventum se re-
-ceperunt, cumq. in Pratensi
Comitatu pervenissent, Unga-
-rorum, Boemorumq. exercitum
non longe adesse nunciatum
est. Carolus igitur ingentis
vir animi, cum sine magno
impedimento prosequi non
posset, et neque eundi, neque
standi sine discrimine modum
esse videt, instruit aciem im-
-pedimentis ex ea remotis;
instruuntur contra et hostes,

et animis, et viribus pares,
ut dextrum cornu Ungari,
sinistrum Boëmi, medium ve-
-ro locum Forojulienses copiæ
tenerent. Ungari tot elati
victorijs incredibili impetu
hostes aggrediuntur, multisque
caesis in fugam conjiciunt, dum-
-que eos undique premunt,
et Longius aliquantulum ab-
-ducti, Venetorum impedi-
-menta procul ab armatis si-
-ne præsidio, sine munimen-
-to sparsa conspiciunt, avidi-
-tate prædæ eo impetum
faciunt.
Interim Malatesta, qui in dex-
-tro sui exercitus cornu Bo-
-hemorum equitum infantiæque
vim fortiter sustinebat, tre-
-pidis nunciis, aliorum mili-
-tum fugam, et impedimen-
-torum audiit direptionem.

Is tantæ rei notitiæ commotus, accepto electorum militum va-lido præsidio, ad aliam exerci-tus partem se contulit, omnia-que timoris plena invenit. Mi-litibus, tanti viri adventu, il-latæ spe, ac redintegrato a-nimo turmatim ad eum con-venient, cumq. majorem par-tem collegisset, videtisne, in-quit, hostes prædæ deditos, et vestris impedimentis hærentes? aggredimini eos, acceptumque dedecus virtute delete, certam enim vobis victoriam pollicior. nec fefellit consilium, nam impetu facto in Ungaros, eos, ut evenit secundis rebus, in-venere vagos inter prædan-dum dispersos; raros equis in-sedentes, et paucos, quibus fer-rum in manu sit, ut Ungari prius victores, passim capi sunt

cum

eum regna coeundi in unum,
nec arma capiendi spacium
dabatur. Dissipato Ungarorum
equitatu, Carolus circumduc
-tis a tergo militibus, Bohe
-morum equitibus adoritur, et
novus factus clamor, tenuit
hostium animos, et in fugam
convertit, adeo ut magna Bo
-hemorum, et Forojuliensium pars
ab insequentibus sit caesa, cap
-toque Nicolussio Comite Prak
-tensi pluribusque non ignobi
-libus viris, nox praelij, caedis
-que finem facit. Philippus
cum in eo certamine periti
Ducis, militisque officio func
-tus esset, haud territus ins-
-perata clade accrutus re
-liquias colligere, quantas
poterat diligentia conabatur.
Bohemi vero, Ungarique milites,
desperatis rebus in castum prae-
-cau

praesente, Coeximantaq. Duce, noctis silentio castris excessere damno contendentes, quos postea Philippus, positis prius peditum reliquiis tutis in locis necessitate coactus, subsequutus est. Non ignoro nonnullos esse, qui Philippum auro corruptum a Patriae, re infectae, recessisse scribunt, eumq. postea proditionis hujusce causae Sigismundi mandato, in ejus ore auro liquefacto immisso periisse. Attamen Joannis Pratae Comitis littera Tulmatinis conscripta praedicti certaminis fidem faciunt, Philippumve a militibus ignavo destitutum, invito se in Pannonia contulisse; sed et Ludovici Jeculj ducis, qui postea ad Patriarchatum assumptus est, pariter litterae, in quibus Tulmatinis Sigismundi in Patria adventum

Signi-

significat, clare demonstrant eundem Philippum cum suprascriptis ... -ratore iterum Forussellium pe-tijsse, prout et Dalmatini Ora-tores, ad Sigismundum missi, affirmant in eorum relatio-nibus, se ipsa dictum Philippum inter proceres vidisse. Vene-ti, tanta victoria, licet non incruenta potiti, nulla enim et altera in prima aggressio-ne ex eorum militibus oc-cisi, et non pauci vulne-rati, Forumjulij magno ag-grediuntur impetu, ut om-nia timoris plena ubique conspicerentur. Tunc Dalma-tini posito prius ad Coarn-tij Lacum, qua iter in eo-rum Provinciam hostibus pa-tebat, valido militum præ-sidio, Pulcanicum Fontabio Comiti populanti quinqua-ginta, Oppido S. Danielis

oc-

octuaginta, Ventionensibus octuaginta, Glemonensibus autem quinquaginta, Spilimbergiis sexaginta milites eodem tempore in subsidium misere. Ventionensibus iterum ducentos alios pedites conscripserunt, quos omnes cessante belli suspicione, gratias agendo redidere, prout ex eorum litteris patet. Veneti vero citra Tilaventum, Pallazolum, Muzanam, Sedeanum, et S. Odoricum pagos, Tricanum quoque Castrum expugnassent, exercitum populabundum, primo in S. Danielis, mox in Glemonensium fines ducere, captaque et destructa Artanea, cum omnes circumjacentium locorum fines hostiliter peragrassent, ab Oppidorum expugnationibus temperatum est. Exinde ultra Tilaventum

ex

exercitu adducto, Gattina Cas-
-trum in eo victoriae cursu re-
-cuperat. Mottam quoque Oppi-
-dum Liquentiae fluminis insi-
-dentem multos per dies ob-
-sessum, et Oppidanorum vir-
-tute, paulo post Ludovici Ba-
-lagni comitis ad custodiam
eius praesidio missi, adven-
-tum, viriliter defensum; de-
-mum illius cives cum sibi om-
-nem auxilij spem sublatam
cernerent, eisdem per pac-
-tionem tradiderunt.

Finis lib. III.

F. Q. Hermacoræ De Antiquitatibus Carneæ Liber Quartus.

Dum tot belli cladibus univer-
-sa Forojulii Provincia vexaba-
-tur, Ludovicus dux Tecchius à
summo Pontifice Aquilajensis con-
-stituitur Patriarcha, cujus ad-
-ventu aliqua pacis, et quie-
-tis spes illucescere videbatur, sed
neque Veneti, licet victores,
cujusdam pacis consilia abji-
-ciebant, utpote qui semper
hujus Provinciæ tam sibi con-
-terminæ quietem procura-
-verant ea ratione, ut bar-
-baris nationibus, sublato ex
ea bello, in eam se conser-
-vandi occasio tolleretur. An-
-tistes enim convocato gene-
-rali totius Provinciæ conventu,

ex

expositis damnis, et injuriis un-dequaque illatis a Venetis, ac-ceptum dedecus resarcire, amis-saque Oppida recuperare, se decrevisse affirmavit, magna adductus spe hostium audaciã reprimendi, si omnes unanimi-ter ad comunis libertatis def-fensionem conspiraverint, ad-junctis praecipue validis Sigis-mundi Caesaris auxilijs, quae si-bi ab illo tum amoris intuitu, tum Comitis Ortemburgij opera junta affinitate sibi conjunc-ti, perlibenter pollicita fu-isse profitebatur. Perspecta Ludovici voluntate, omnis con-ventus quaecumq. auxilia hi-lari animo pro virili obtulit et abjecta pacis mentione, omnium animi ad bellum incli-nare videbantur. Quamobrē Veneti, cognita per exploratores

An

Antistitis voluntate, et quae ab eo ad ipsorum perniciem moliebantur, cum Hernasto, et Federico Austriae Ducibus foedus inierunt, quo facilius Caesaris, et Antistitis conatus irritos redderent, priorique exercitui, eodem Malatesta Praefecto multas alias copias adiunxere. Paulo autem post octavam Idus Januarij Cadubriensium Legati Julmatium advenere nunciantes Federici Austriae Ducis exercitum conscriptum, armatumque in eorum finibus iuxta Ampetium Pagum consedisse, sibique ingens imminere periculum, quapropter opem ab eis, rebus suis afflictis postulabant. Julmatini haud mora triginta peditum subsidium decrevere, quos sub Daniele Missitino, Nicolao Zanizzo, et Odorico Deciano

Pre-

Praefectis, primo quoque tem-
-pore, junctis alijs Utinensium,
Civitatensium, Glamonensium, et
Ventionensium auxiliarijs copijs,
jusserunt proficisci, hisq. om-
-nibus Antistitis jussu Danie-
-le de Monte supremo duce
constituto. Cum autem manus
ista paulo supra Ampetium
essent castramentata, et ini-
-micorum audacia compressa
est, et a quotidianis incur-
-sionibus, quas in Cadubrium
facere consueverant, desti-
-terunt. Sed parum abfuit,
quin post modicum tempus
unius hominis insolentia Foro
-julienses, et Carni maximum
fuerint detrimentum recep-
-turi. Quidam enim Stagro-
-nius Pontillius summae inter
Cadubrienses auctoritatis uni-
-versis eorum copijs praeerat,
vir

vir quidem ad belli munera obe-
-undas satis impiger, sed nimia
arrogantia, inexplebilique ava-
-ritia praeditus. Huic quoque
Cadibrianses annonae pro totius
exercitus usu curam demand-
-daverant, et praesertim ut sub-
-sidiariis militibus necessaria fa-
-ceret importari; sed cum in-
-testino quodam odio Zulma-
-tinos prosequeretur, nudum iis
locum castrametandi incommo-
-dissimum tribuit, ita ut sub o-
-dio esse viderentur, verum
etiam quaestum praecipua in
commeatibus procurabat, nec
contentus, quod iis rerum om-
-nium induceret necessitatem,
corruptas etiam, ac foedam
tantummodo annonam praebebat.
Quod cum aliquandiu milites
Zulmatini pertulissent, tan-
-dem commoti, rem Danieli

Da-

De monte detulerunt, ut ipse, qui Antistitis jussu universis praeerat copijs, tot, tantisque et incomodis, et incurijs con-pulerat. Varus sive Hegro-ni consilia ignoraret, seu ipsis se opponere non aude-ret, rem quotidie differe-bat, ex quo deterior in dies fiebat Carnorum conditio. Consules quoque, ac Vicarius de his omnibus certiores fac-ti, rem primo parvi ponde-ris, more etiam Carnos mi-lites contemnere, et quodam modo despicere visi sunt; ita ut elatus Hegronus dum nonnulli palam illius detes-tarentur avaritiam, immissis in eos satellitibus suis, plu-ribus confectos vulneribus se-mivivos in Castra detrusit. Exasperati, ut par erat, et

Pra-

Prefecti, ab militibus ultionem mo-
-liuntur, quotiescumque se dedisset
occasio. Evenit enim ut tertio
Mensis Februarij a Hagrono in do-
-mo Petri Notarij Cadubriensis tem-
-poris incolae universum militum
Ducumque conventum convocatus
sit, exceptis Fulmatinis, quos
ignominiae causa accersiri vetu-
-erat. Ibi cum omnibus suis co-
-pijs a Castris moventes, Consilij
locum adorti, dejectoque Hippo-
-causti ostio, dum omnes timore
perterriti tam repentini impe-
-tus exitum expectant, ne
quis loco se moveat edicunt,
nullum enim se laesuros praeter
eum, a quo toties publicas,
privatasque injurias receperant.
Hac morae Hagronem comprae-
-hendunt, qui se in Consilij po-
-testate futurum, et de sibi ob-
-jectis, rationem redditurum

polli

pollicabatur, innumerisq. vulne-
-ribus confossum, et vacatum
frustatim conciderunt, indeque
protinus vacedentes Vecellium
Vecellio, patrinum Gyarna-
-bo, et Petrus Notarium prae-
-dictum, viros inter Cadubri-
-enses primarios, tanquam ob-
-sides secum adducere, mor-
-tem minati, si quis iter in
Patriam impediret. Hisce cus-
-todibus, peractis per Cadu-
-briensium fines millibus pas-
-suum quindecim, et ad mon-
-tem Mauria pervenerunt, ass,
viros illos ad suos venisse-
-runt, ipsique patrios ad Lar-
-es reversi sunt.
Paucos post dies Vecellius,
et Antonius supradicti Cadu-
-briensium nomina, Salvatius
applicaverunt, et contra mi-
-litum Praefectos, et Milites

ipsos in Consilio hujusmodi Ora-
-tionem habuisse fertur Vecellius.
= Millitum vestrorum, dum Aus-
-triæ exercitus nostris finibus in-
-cideret, præsidium postulavi-
-mus, illudq. a vobis, Telmatini
Cives, cum vestram nobiscum salu-
-tem conjunctam esse noscaretis,
libenter præstantibus, multo ta-
men nostro malo recepimus.
Ut enim primum ad nos per-
-venere, sive sua pervicaci
natura ducti, sive a suis Præ-
-fectis corrupti, nulli obtem-
-perantes, segniter, otiose, ne-
-gligenter, contumaciter om-
-nia agere ceperunt, illo pu-
-dore, nec metu coercente.
Hieronymus Pontillius, Concivis
noster, vostræq. gentis Præ-
-fectus, vir et consilio, et ma-
-nu promptus, quantum nobis
eorum pertinacia detrimen-
-ti propter hostium propinquitatem

sub-

subsequi poterat, facile prospi-
-ciens, primo leviter admonere,
mox cum nihil proficere cogno-
-visset, asperius aliquanto, mi-
-nis etiam additis, ut rerum sta-
-tus exigebat, cum eis agere ce-
-pit. Quare ingens in illum ves-
-trorum patrum odium excitum
et ceterorum militum seditionem
concitare conati sunt, sibi ab
eo comeatum prae alijs cario-
-rem, corruptumque ac foedum
tradi, ut quaestum faceret,
conclamantes. Sed cum paucos
illos, qui viri illius integri-
-tatem, probitatemque cogno-
-verant, nihil proficere
eorum maledictis, nullamque
sibi fidem praestari vidissent
eo evasit effrenata audacia,
ut tertio Nonas Februarij in
ipso Consilij loco, nobis omni-
-bus (proh dolor) spectan-
-tibus, Magnonem praedictum

eru

crudeliter necaverint, injectis in-
-super in nos impijs manibus tan-
-ti viri sanguine aspersis, vinctos-
-que ad Montem usq. Mauvel de-
-ducentibus, ubi pluribus affectos
injurijs, tandem dimiserunt. O ef-
-feratam audaciam, o facinus
gravi poena puniendum! Has
igitur publicas, privatasque
injurias prosecuturi ad vos Jul-
-mateni, missi fuimus, ut audita
vestrorum militum socialis fi-
-dei violatione, sciatis quoque,
hæc omnia cum manifesto Ca-
-dubij periculo, nec minori ves-
-tro dedecore perpetrata fuisse.
Hac ideo nunc a vobis tam
nefandi facinoris vindictam
postulamus, quod tunc vel
animus, vel vires ad ulciscen-
-dam injuriam nobis defue-
-rit; sed quia inconsonum sane
-tæ societatis legibus videbatur,
etiam lacessitos in eos desævire,

qui

qui nostræ fuerant à vobis com-
-missi fidei. Instans inimico-
-rum acies distulit ultionem in
tempus, donec sublato ipsorum
timore causam istam ad vos
differendi, ac de atroci cri-
-mine conquerendi facultas da-
-ta esset. Quapropter hoc à
vobis, Tulmatini, petimus, en-
-ixeq. postulamus, ut tanti
facinoris auctores debita pœna
afficiantur. Quid enim fide
publica religiosius? quid so-
-cietate sanctius? quid ma-
-gistratibus inviolabilius esse
potest? Hos tamen immani-
-nes homines, nec vestræ fi-
-dei religio, nec initæ socie-
-tatis sanctitas, nec publici
muneris reverentia a tanto
potuit facinore divertere,
quin et socios, quos publico
edicto tuendos acceperant,
deseruerint, et quantum in eis

fu

fuit, hostibus prodiderent, et su-
-premi Praefecti sanguine, Con-
-silij sedes turpiter cruentarent.
Quod si tunc hostes in tanta re-
-rum omnium confusione nos et
praesidio vestrorum militum desti-
-tutos, et Praefecto viro fortissi-
-mo orbatos, aggressi essent, actum
profecto fuisset de salute nostra.
sed quos sociorum proditio desti-
-tituerat, hostium error, et igno-
-rantia salvos fecit. Non igno-
-ramus plura illos in Nigro-
-rum crimina ab iisdem pro
exculpatione sua ficta, et ad-
-inventa retulisse, quorum ni-
-hilominus falsitas, si ea, qua
decet, diligentia, hujus rei ve-
-ritatem inquiretis, facillime
patefiat, et illius hominis in-
-nocentiam caeteri militum duc-
-tores demonstrabunt. Sed si,
quod dignum etiam animadver-
-sione, in illos Nigronus ad-
-mi-

admisisset, non tamen ipsos decet milites in sociorum Præfectum arma illius stringere, illumque indicta causa interficere, ut id sequidem ipsis Præfectis in milites, si forte quidpiam culpabile, puniendumve perpetraverint, incompulte facere liceat. Facinus hoc militari disciplina incongruum, humanis, divinisque legibus contrarium, atrox, immane, ferum singulari punitione dignum proprius censendum est, ne in posterum militum animos obrepat pessimi imitatio exempli. Vos igitur ut vestri milites, nostri præsidii causa missi, omniumque rerum, et consiliorum participes effecti, eos, quos tueri debuerint, non solum deseruerint, sed etiam prodiderint, et oppugnaverint, nunc

nunc domus, cognita veritate, quod ad vestram famam, existimationem, salutemque communem pertinet, prospiciate, atque consulite. //
Postquam Vecellius dicendi finem facit, Daniel Missitinus, qui tunc consilio aderat, jactis a Janisso, et Deciano in eum oculis ita respondisse fertur.
// Si eandem cadubricensis diligentiam ad reprimendam singularem sui Prefecti temeritatem, et improbissimam, inexplebemque cupiditatem, nec non ad repellendas varias illius in socios de ipsis optime meritos injurias adhibuissent, quam in tam calumniosa accusatione instituendae ubi videntur, profecto nec ipsi, O Cives, nostram, a quibus toties deffensi, et conservati sunt, salutem ingratissime impugnarent; nec nos pro impro-

improbissimi hominis voce apud vos causas dicaremus. Nulla est enim in universo Forojulio civitas, non Oppidum, non Castrum fere est ullum, quod non hujus calamitosi belli tempestate ~~vestrorum~~ a nobis petitum subsidium patierit, et acceperit, pluraque ex eis suae libertatis conservationem, vestrae, vestrorumque militum fidei acceptum retulerunt, quos quidem semper plurimis laudibus per litteras ornatos ad vos remisere, quae posteris etiam tum vestram in Provincia conservanda diligentiam, tum vestrorum militum fidem, et fortitudinem demonstrabunt.

Nunc primum non illorumque ipsi errato, nihil enim ab iis, nisi pro publici, privatique honoris conservatione

actum est, sed illorum, ad quos tu-
-endos missi fuerant, perfidia
effecit, ut eorum accusationem
audiatis; quam quidem ani-
-madverti in duas divisam esse
partes, quarum altera segni-
-tiem nobis, militiæ, laborisq.
detrectationem accusatores
objicere ausi sunt; alteram ve-
-ro egregij eorum Militum Præ-
-fecti obitum deplorant, atq.
harum duarum partium prima
illa, quæ gravissima esse de-
-bebat, ita fuit infirma, et
levis, ut illos lex magis quæ-
-dam accusatoria, quam vera
dicendi facultas, aliquid in
nos dicere coegerit. Prospi-
-cite autem, O Cives, quanta
sit innocentiæ vis in utram-
-que partem videte, quo
descendam, quam longe a def-
-fensorum consuetudine, cau-

tio

cautioneque discedam? Om-
-nes fere Forijulij Civitates pro
virili Cadubriacasibus contra Hy-
-striacos duces militum praesi-
-dia misere, plures, omnibus
rebus ac universae Provinciae
fortissimi militum Praefecti, ex-
-terique honestissimi viri inter-
-fuere, qui militum vestrorum,
vel virtutis, vel ignaviae tes-
-tes esse potuerunt, cum eorum
verbis hoc dico, idque non te-
-mere confirmo, fides enim
unius alicujus militum Praefec-
-ti proferatur, in qua ves-
-tigium sit aliquod, ex quo
nostra, militumque vestrorum
ignavia cognoscatur. Unum
ex illo Praefectorum, ac mi-
-litum numero testem fide
dignum producant, qui eorum
in hac parte confirmet ac-
-cusationem, vere ab eis

ac

accusatum esse concedam. Profecto multos, O Cadubrienses, factis idoneos testes, et conscios videtur fortuna ipsa esse, voluisse earum rerum, quae apud vos a vobis gestae sunt, quem ex tanto honestissimorum hominum numero testem ignaviae nostrae producere potestis? Quis ex numero, qui vobis auctor placeat, eo nos iam laudatore utamur, et teste. Dubitabitis igitur adhuc, O Cives, quin id, quod ab initio vobis proposui, verissimum sit, non nostrorum militum errata, sed accusatorum perfidiam in causa esse, ut hanc in eos accusationem audiatis? Nonne vobis videtur isti maledici potius conviciatores, quam vehementes accusatores? Quoniam itaque videtis, et cognoscitis,

qui

qui nos quomodo, et quam ob
rem oppugnant, statuite nunc,
utrum vobis hac in parte mi-
-lites vestrorum toties probatæ,
exploratæque fidei, et vir-
-tuti credendum sit, an accusa-
-toribus ipsis, quibus nec per in-
-cundiam fides, nec propter in-
-fidelitatem honor habendus est.
Venio nunc ad Egregium eorum
Militum Præfectum, quem
quidem quo nomine appellem
nescio. Si enim eum avarum,
fraudolentum, audacem dixe-
-rim, et perfidissimum, vereor,
ne aut gravioribus utar ver-
-bis, quam mea fert natura,
aut levioribus, quam causa pos-
-tulat. Quid enim tam inhu-
-manum, tam iniquum, tam fe-
-rum, quam eis, a quibus bene-
-ficium acceperis, nec dum

pro

parem gratias referre, sed
etiam malefacere? Numquid
autem audebunt accusatores is-
-ti, licet impudentia sint prodi-
-giosi singulari, id negare, quod
omnibus palam est, Negarunt
scillicet illud, ne dum nos mili-
-tesque nostros, qui cadebant
pro illis sanguinem effundere
vitamque ipsam exponere parati
accesseramus, in hyeme sub
dio pernoctare coegisse, ve-
nefa-rias ^ -rum etiam ^ in commeatibus im-
-probissimi quaestus rationem
nobiscum exercuisse, cariora
omnia, ac eadem corrupta
et fetida nobis exponendo,
ita ut fuerit militibus nos-
-tris propter sociorum avari-
-tiam inedia pereundum, ni-
-si ipsimet saluti sua consu-
-luissent. Quid hoc autem
ne dum universo illo exercitu,

Pre-

Praefectisque omnibus, sed toto etiam Cadubrio clarius? quid indignius? quid manifestius proferri potest? Illius tamen hominis improbitatem, quam fieri potuit, dissimulavimus, sed cum in dies deterius dilaberentur rem Danieli de Monte, qui Forojuliensibus copiis praeerat detuli, cum eoque instanter egi, ut Hagroni, si fieri poterat, compescaret cupiditatem, et ut ne quis de hac re inter socios tumultus oriretur, praecaveret. Egit, O Cives, quam potuit accurate, ut eum ad meliorem frugem restitueret, quod quidem ipsius Danielis litterae ad vos publice conscriptae attestantur. (Hic desunt multa deperdita carta) — — — — — —

Pla

Placent ne vobis, Caducianses, ita geri Magistratus? Libet profecto, et ut caetera prudentissime statuit Solon, qui plebis tarde, magistratibus, et populi Gubernatoribus velocia supplicia constituit: aestimabat enim ab illis quovis tempore sumi posse poenas, his autem moras ultionis non admittendas. Tantis nihilominus, totq. affecti injurijs, nil repentinum, nil impetuose agendum esse duximus; sed vobis quamprimum haec omnia significare, ut quidnam in hac re vobis agendum esset decerneretis; ita ut unusquisq. facile perspiciat illum ab initio cupiditatem pugnasse, et audaciam sine autem veritatem potuerit restitisse. sed vicit demum incredibilem nostram, nostrorumque militum potentiam unas

hac, singularissq. illius hominis
nequitias, quae nec a vobis sine
perpetuae infamiae dissimulari,
nec sine scellere ullo modo
pati poterat; dum enim non-
-nulli milites viri palam dam-
-narent avaritiam, tantus re-
-pente furor scellerris, et au-
-daciae comes efrenatus Ne-
-groni animum oppressit, ut
in eos nil mali expectantes,
quamplures per nequitiam sa-
-tellites immittens, pluribus
affecit vulneribus, et vitae
periculum subito coegerit,
nisi plures, qui supervene-
-runt Glamonae, Ventimi-
-gen milites novum impe-
-tum excepissent, a quibus
semivivi milites vestri ad
nos relati sunt. Oh consue-
-tudo peccandi libera quan-
-tam habuit jucunditatem

in improbis, et audacibus, cui
pœna abfuit, et licentia con-
-sueta est! Ego fateor, ô
Cives, militum vestrorum im-
-petum continuimus, ne illico
in Cadubriensium catervas ar-
-ma pararent, suorumque
suorum injurias vindicarent
ita ut magna hinc inde cla-
-des subsequi potuerit, nisi
unius hominis mors innoxios
a cæde præservasset, cujus
quidem pœnas, licet justissi-
-mæ, nimis tamen tarde sump-
-tas, et vestrorum militum ex-
-istimationi consuluit, et li-
-beros eisdem ad vos redi-
-tum reservavit. si enim
poterat Stagronus per vim
et scelus, quod libebat, et
quod poterat, id audebat,
quid nobis erat agendum,
cujus hominis fides implo-
-randa, aut quomodo illo

vivo, ad vos milites incolu-
-mes reducere potuissemus?
Quamobrem cum haec esset
nobis proposita conditio, ut
aut justa, piaque tot inju-
-rias ulcisceremur, militesq.
nobis commissos servaremus,
aut acerbe, indigneq. om-
-nes mereremur injurias ul-
-cisci, quas ullo modo arer-
-ui, ignominiose satius esse
duximus. Num autem ho-
-minem quisnam his rebus co-
-gnitis circumventum dicet
aut indigne interfectum?
aut propter illius necem
societatis a vobis jura es-
-se violata? numquid ul-
-lum ab eo sociale in nos
officium prodijt? aut non
potius universa illius con-
-silia, scelus, vim, latroci-
-nium, omnia denique, prae-
-terquam jus, quae officium

quas

quas probitates continebant.
Cuiin vero cum non genus ali-
-quod amicorum, et hostium sit,
sed ē factis horum utrumque
cerpatur, ac eos, qui hostilia
fecerunt pro hoste ulcisci, seu
liberum faciat, nobis profecto
hominem illum, qui nos totius
contumelia affecerat, cujus
aculeos prudentes, at boni vi-
-ri difficilime patiuntur, fa-
-me postea, inedia, et gla-
-diis tamen ipsis occidere co-
-natus est. Hae sunt, quae a
nobis pro publici, privati-
-que nominis conservatione
acta sunt, quod licet non
sine sullare, nec sine per-
-petua, vestraq. infamia
omitti potuerint, non ta-
-men a vobis, Civica coro-
-nae, tot civibus vestris con-
-servatis; Romanorum more

do-

doceri popularem; sed ut vim
tantam a nobis, pellereq; a cor-
-pore, a capite, ac vita de-
-mum ipsa, ut illius improbissi-
-mi hominis nece impune li-
-cuerit propulsare, demumque
hoc vobis persuasum esse cupi-
-mus grati populi esse, pro-
-missisq; afficere bene meritos
de se cives, virorum autem for-
-tium ne suppliciis quidem ullis
moveri, ut fortiter eos fecis-
-se poeniteat.

Hujusmodi orationem audi-
-entium fremitus subsequutus
est. Remotis autem aliis,
Consilii sententia haec fuit
ut per judices omni diligen-
-tia de hac re inquireretur,
qui postea de statu causae
consilio refferrent, a quo ae-
-qua lance, quod aequitas, et
justitia postulaverit decernetur;
sic

sicq; Cadubriensis Oratoribus res-
-ponsum est. Sed has civiles
controversias publicas Forijulienses
in aliud tempus distulerunt.
Sigismundus enim Imperator
cum 12. equitum, 8. vero
peditum millibus, Provinci-
-am ingressus, Avrium Castrum
obsederat, cui Julmatini
Antistitis jussu pedites suos
et bellica instrumenta ad
Urbium expugnationem ne-
-cessarias contulere. Pauloq;
post capto Avrio, dejectis
undiq; Venetorum copijs, Cae-
-saris auxilijs cum Philip-
-po Florentino duce, omnia
Forijulij Oppida, Castraque
prius a Venetis devicta re-
-cuperavit, et ductis ultra
Liquentiam copijs, Mottam
Oppidum eidem Flumini

insi

insidens obsedit, in quo Vene-
-torum praesidium residebat.
sed cum XII. Kal. Augusti sex
militum Venetorum millia,
qui pro tollenda Mottae ob-
-sidione adveniebant in hos-
-te inopinanter incidissent,
factaq. tumultuaria pugna,
in qua ex Venetis quam-
-plures cecidere, reliqui
fugam arripuissent, Carno-
-nes, recuperato Oppido, pa-
-ri facilitate caetera quo-
-que omnia Tarvisium us-
-que recepere. Quare Ve-
-neti Carolum postea Ma-
-latestam cum valido exerci-
-tu hostium conatibus obje-
-cerunt, qui cunctando po-
-tius, quam aperte dimi-
-cando, eorum insolentiam
ne ulterius progrederentur,

con

continuabat, ita tamen, ut
eos saepe capta occasione per
agros nullo ordine vagantes
male affectos pedem referre
cogerit, et assiduis concerta-
-tionibus valde attritos red-
-derat. Demum Sigismundus
belli taedio affectus, et conci-
-lii generalis, quod antea
Constantiae indixerat, et in-
choaverat; perficiendi cu-
-pidus, Thoma Mozenigo,
et Antonio Contareno Ve-
-netorum Legatis, Taraghi,
quo ipse multo ante se con-
-tulerat sub fide regia ad
se vocatis, quinquennales cum
eis inducias indixit. Hujus
postea Caesaris operas, et
diligentias Constantiense
Concilium perficitur, in quo
fides Christianae, quae jam
multis annis fere titubare

videbatur, et fortiter restiterit, in
eo enim, depositis alijs pro
Pontificatu contendentibus Mar-
-tinus V. qui prius Columna di-
-cebatur, Pontifex electus fuit,
et ita schisma pessimus annos
-rum fere 40. finem habuit,
ibi quoque Ioannes Hussus dam-
-natus, et duo Haeresiarchae Io-
-annes Hus, et Hieronimus com-
-busti sunt, pluraque alia ad
Christianae fidei unionem per-
-tinentia, per istius Caesaris o-
-peram instituta sunt. Exacto
induciarum tempore, bellum
iterum hinc inde restaura-
-tum est, et anno Dom. 1425.
quinto idus Maij Philippus
Avellius cum Venetorum co-
-pijs Caravellam aggreditur
et cum altera ex Arcibus
edito loco sitis expugnat.
Qua re cognita Christophorus

Carnenam ultra Tilaventum ab
Antistite Locumtenens constitui-
-tur una cum Vinceslao Spilim-
-bergo, et Jacobo Valvasono,
Sacilo recedens cum expedita
militum manu celleri gradu
Seravallum, et Venetos nihil
mali expectantes aggressus, à
Boemis redditus, qui ad ulte-
-rius Arcis presidium movaban-
-tur, Oppidum, et Arcem cap-
-tam recuperavit, pluribus ex
hostibus interfectis, cæteris ve-
-ro in fugam conjectis. Et eo-
-dem fere tempore alia Ve-
-neti exercitus pars una cum
Tristano Savorgniano, in qua
erant equites bismille, Tila-
-ventum pertransivit, et vasta-
-tis undique agris, ad Utini
mænia se contulit, captisque
quamplurimis, gravi præda
onusti Milites inde recedentes,

intus

inter Oppidum S. Danielis, et
hanc ei proximum, castrametati
sunt. Quare Tulmatini
Oppidanis S. Danielis, Simoni, et
Joanni Colloretis, a Zagani-
ensibus ibo per litteras pos-
tulantibus sagittariorum praesi-
dium tradiderunt. Hostes ve-
ro, cum Antistitis copias Utino
aggressos, Joannemque Collore-
tum cum ajacentium Castrorum
militibus per exploratores
appropinquare cognovissent,
ultra Tilaventum se recepere
quorum diu timerat adventum
Santissimus Pelcanici Comes 40.
sagittarios a Tulmatinis per
litteras petiit, et recepit.
Tristanus postea, et Veneto-
rum milites Canipam Oppi-
dum edito loco situm, undi-
que prius depopulatis agris,
magna vi aggressi sunt; sed

Boe

Boemi ad loci præsidium constitu-
-ti, hostesq viriliter excæptos, mul-
-tis eorum interfectis, multisque
pluribus vulneratis, amissa om-
-ni præda ab Oppido recedere
coegerunt. Ludovicus ergo Pa-
-triarcha, tanto se bello, viri-
-bus imparem esse cognoscens
ad Sigismundum auxilia condu-
-cturus in Pannoniam se con-
-tulit, relictis Enrico Concor-
-diensi Episcopo, et Federico
Watestaino Forojulii Locumte-
-nentibus. Ubi postea anno
1419. Venetorum exercitus,
sub eisdem ductoribus iterum
citra Tilaventum se contu-
-lit, cumque Castrum Paganum
Vilaltam, Caporiacum, et
Muruttium per deditionem
recepissent, vastatis prius
Collorati agris, quia Simon,
et Joannes, ac cæteri illius

Cas-

Castri consortes imparata face-
-re recuperarent, ad inferio-
-ra Patriae loca proficiscun-
-tur. Quare Utinenses timen-
-tes ne Gemonenses ab eis
obsiderentur, has Tulmatinis
litteras tradiderunt, ut ab eis
tam ad Utini, quam Portu-
-gruarij defensionem praesi-
-dium obtinerent. Honora-
-biles, prudentesque amici nos-
-tri singularissimi salutem
optimam, et omne bonum.
Dominus Locumtenens, et nos
heri mittebamus ad vos, et
Glemonenses, et Venzonen-
-ses, honorabilem virum Ja-
-cobum Corgnaus cum litte-
-ris credentialibus Dni: Lo-
-cumtenentis, et nostris; sed
quia in itinere ab hosti-
-bus aggressus fugam arripe-
-re coactus fuit, nec audi-

ani

angliens illuc se conferre; Rogamus ergo Amicitias vestras, ut coadunare velitis majores gentium numeros, prout vobis possibile visum fuerit, et praecipue sagittarios, eosq. paratos tenere, et casu, quo necessitas incumberet propter hostilis exercitus insidias, nobis velitis quam citissime subvenire, dum a nobis fueritis requisiti; prout et nos eveniente casu, sumus, et eximus ad omnem requisitionem vestram pro virili parte parati. Interim Oratores nostri concordium procurant, quod deo dante sequatur non obstante quod Civitatenses illud omnino perturbare quaerant, et sollicitii sint ad damna nobis inferrenda, prout

col

colligere potueritis ex certa-
-rum litterarum exemplo, quo-
-rum Oratorum per nos in-
-tercepterunt, quas vobis dir-
-rigimus praesentibus inclu-
-sas. Praeterea multum sol-
-liciti sumus de Portugrua-
-rij statu quia Oratores
nostri nobis scribunt magnum
ei periculum imminere;
praesertim propter instabi-
-les ruralium mentes, qui
plures, et potentiores sunt
in ipso Oppido, quam Cives.
Et nisi hodie hostium exerci-
-tus ad eorum damna iter-
-rus sit, petunt a nobis
peditum subsidium, quod
eis missuri sumus, nec du-
-bitamus, quin vos illud i-
-dem facturi sitis, quos om-
-nibus in rebus ad Patriae
libertatem conservandam,

prae

pro cæteris promptiores fuis-
-se cognovimus. Valete. Dat.
Utini 12 Maij 1829.
Decem Deputati D. regimen
et consilia, et Communitatis
Utini.
Veneti, conductis ad Portusgrua-
-rij Oppidum copijs; cum
admotis undique bellicis tormen-
-tis, illud expugnaturi vide-
-rentur, consternati Oppi-
-dani, obtentis prius tridui
induciis, quarta obsidionis
die, in hostium potestate con-
-cessere: et illico Elfrensis tot
elatus victorijs, inde rece-
-dens, ad Utinum se contu-
-lit obsidiendum, in quo pa-
-ulo ante validum Tul-
-metij, Glemonæ, et Ventio-
-ni præsidium supervene-
-rat. Quare paucis ibi die-
-bus hostes frustra consumptis,

eius

cum nulla fieret deditionis
nuntio, soluta obsidione ad
Austriae Civitatem profecti
sunt, direptis circumadia-
-centibus Pagis; cum inter Ci-
-vitatenses, et Venetos de con-
-cordia, et unione ageretur,
Veneti prope Quelsum pa-
-gum stativa posuerant;
superiora autem Oppida cum
eos per exploratores cogno-
-vissent ad ipsorum damna
profecturos, Tulmetini viam
prope Lacum Cavatiensem
per quam in eorum Provinci-
-am patet iter; magno prae-
-sidio imposito munivere,
Ventionensibus quoque, et Gle-
-monensibus tradito militum
praesidio. At multo post Ve-
-neti equites in Brazzergi-
-nos colles irruentes, omnibus
illis vastatis, captisque, ac
Da-

degreditta Arctaneas, uel nonnul
lis Glamonensibus extra oppidu
depraehensis, ad ipsum usq. oppi-
-dum accurrere. Quare Glu-
-monenses cum Helvetiorum
praesidio facta repente irruptio-
-ne, hostiles equites aggressi
sunt, et aliquandiu acriter
inter eos pugnatum est. De-
-mum vero Veneti locorum
difficultate, et hostium mul-
-titudine undique in eos conflu-
-entium, pedem referre coac-
-ti sunt, nonnullis ex eis vul-
-neratis, tribusq. ex equitibus cap-
-tis. Interim sexto idus Julij
Civitatenses ad Venetos deficiunt
et ab eis in societate recepti
ea lege, ut Sigismundo Caesa-
-ri, et alteri cuicunq. a su-
-perioribus partibus descen-
-denti, adversarentur, bonaq-
-que omnia Christiani Ga-

-vor

Savorniani, et ejus atinentius qui Venetorum partibus studeramus, restituerent. Quam tandem deditionem Civitatenses per lit-teras tam Utinensibus, quam Antistiti, et Tulmatinis cons-criptas variis artibus dissimu-lare conabantur. Sed cum omnibus Ludovici partes se-quentibus fidem suas suspec-tam esse cognoverent, misso demum 8. Kal. Aug. ad Utini Jannas Tibicine, se publicos Antistitis, et Utinensium hos-tes professi sunt. Cetero-rum tamen populorum ani-mos rei novitate consterna-tos, Federici Valentinij ex Pannonia reditus excilaravit. Is enim Ludovicum a Buda Civitate recepisse cum ma-gno equitum numero, pau-cosq. post dies adfuturum

esse retulit, et deinde Ludovicus octo secum habens equitum millia in Forojulium pervenit, collectisq. et superiorum Oppidorum copijs, ad Butinicum agrum consedit, et Civitatem ipsas obsidere cœpit, cujus interim jussu Blasioni viam ne quod inde civitatensibus auxilium proficisceretur, Jul. [illegible] matini, et Ventionensis destruere. Sed cum multis circa Urbem ipsam consumptis diebus, nulla per viam illam, aut deditionem consequendi spes appareret, Thadei Ejstensis cum Venetorum exercitu adventum Ludovicus cognovisset, urgente jam frigore, vastatis undique circa Oppidum ædificijs, et arboribus, cum equitibus ipsis iterum in Pannoniam

re

redijt, majorem, ut ajebat, veris tempore Militum numerum adducturus. Dus omnibus animi suspensi rei eventum expectarent, Antistitis absentiam rebus suis plurimus conducere existimantes, Veneti cum octingentis equitibus; et peditibus quattuor millibus Thadeo Cstenza Prafecto Zaltrum obsiderunt; quare de propria solliciti salute Zelinenses propter hostium propinquitatem per Michaelem Millianich Oratorem suum 6. Kal. Martij 1420. à Sulmatinis prasidium rogaverunt, quibus ipsi omnia ad corum usum necessaria ære proprio, durante bello, pollicebantur, eisque Sulmatini centum milites sagittarios

con

concesserunt, quorum tamen ope-
-rae uti non potuerunt; Feltrenses
-trenses enim gravi praesidij ob-
-sidione, omniq. auxilio desti-
-tuti, paulo post sub Vene-
-torum imperium devenere, et
statim recuperato, expugnatoque
-quo Sebuilacco Castro, tanta
Bellunum cinxerunt obsidio-
-ne, ut frustra milites nostri
ad eos ingredi conati sint.
Quare Dalmatini eosdem Cado-
-brium proficisci jusserunt, ita
petentibus Erasmo Grisacco Ca-
-dubrij Capitaneo, et ipsius
loci Communitate. Interim
pridie Kal. April. Civitaten-
-ses cum Venetorum praesidio
Castrum Rosaccium aggrediun-
-tur, sed pluribus eorum in-
-terfectis, et vulneratis, prae-
-sidij virtute re infecta decessere;

et

et eodem fere tempore Aloysius, et Nicolaus Strassoldi ad Venetos defecerunt, Thadeo Sforzia Venetae Reipublicae nomine eos in societatem recipiente, eodem quo Civitatenses jura fuerunt accepti, et quia Strassoldi Jacinium Castrum possidebant pro quingentis aureis per eos arrogatis, actum inter partes est, ut quatenus Castrum illud Tristani Savorniani juribus pertineret, Venetorum Princeps hujusmodi definieret controversias. Ineunte demum mense Majo Bellunum quoque ad Venetos pervenit, qui parvo postea negotio Seravallam, et exinde Coneglianum, Sacillum Castra, et

et multo ultra Tilaventum
Oppido vacaverat. Moxque hos-
-tes ipsi, diruptis prius fundi-
-tus Cratei Oppido, flumen ip-
-sum transeuntes, cum omnibus
copijs Utinum obsidione circu-
-mvent, demumque jamcum Ve-
-neti milites, ut se caetero ex-
-ercitui conjungerent, prope
Cordovatum Castrum perve-
-nissent a Nicolaisio Craten-
-se, Federico Corliliense, Ja-
-cobo, et Gulielmo Valvaso-
-rijs, ac Francisco Crodolonio
cum Forojuliensibus copijs in
fugam versi sunt, pluresque
eorum interfecti. At Uti-
-nenses cum interim graviter
undique premerentur obsi-
-dione, nulliusque auxilij
spem in Antistite repositam
esse viderent, cujus reditum,
licet

licet pluries per litteras re-
-quisitus fuisset, frustrà tot
mensibus expectaverunt, plu-
-resque quotidie mortales
pestilentia interierint, om-
-ni subsidio destituti, preter
eos, quos a superioribus Op-
-pidis milites acceperant,
nec sibi posse graviora pa-
-ti contingeret, si ultimum
belli eventum expectarent,
pactis cum Venetorum Prefe-
-ctis induciis, ut eis ad Vene-
-tum Principem Legatos suos
ad certum diem mittere
liceret, se suaque omnia
Venetis tradidere. Capto
autem Utino, Ospaldo re-
-cepto prius Collerato, et
adjacentibus Castris, omnes
copias ad superiora Oppida
conduxit, et cum Glemona,

et

et Ventionum, omni auxilio spo-
-liati, in Venetorum potesta-
-tem devenissent, Fulmatium
quoque, postquam omnia fi-
-dei, et gratitudinis argumen-
-ta fedata esse viderentur,
in Venetorum patrocinium
voluntarie se submisit, serva-
-tis tamen privilegijs sibi per
antea ab Antistitibus con-
-cessis.

Finis.

Cladibus postea cum Clad

Cladibus pp